[illegible] 29

6

IOANNIS AB IMOLA

IN TERTIVM DECRETALIVM Commentaria,

QVAMPLVRIVM IVRISCONSVLTORVM, QVI probè aliquid his præclarissimis ac penè diuinis commentarijs hactenus addidisse apparuerunt, adnotationibus illustrata.

HAC NOVISSIMA VERO OMNIVM EDITIONE AB ERRORIBVS *innumerabilibus, quibus ubiq; deprauata, & passim mutila summi viri deprehendisse conquerebantur, habita ad vetustissimos Ioannis de Anania codices fide, suo candori vindicata, atque integritati restituta.*

ACCESSERVNT ETIAM HVIC NOSTRÆ EDITIONI commentaria eiusdem Auctoris in xiiij. cap. sub tit. de Renunciatione, nempe à cap. in præsentia. vsque ad finem, quæ in alijs desiderantur codicibus, habita ex bibliotheca eiusdem Ioannis de Anania.

REPERTORIVM DEMVM EA DILIGENTIA INSTAVRATVM *reperies, vt numerorum ratione fidelissime subducta, atque omni etiam prorsus labe sublata, nusquam aut falli, aut decipi possis.*

VENETII[S] M D LXXV.

Apud D[omi]nicum Nicolinum.

SERIES RVBRICARVM ET CAPITVLORVM
Quæ in hoc continentur Libro.

IOAN. AB IMOLA IVRIS PONTIFICII, CÆSAREIQVE, DOC. EXCELLENTISS.

Commentaria in Tertium Decretalium Librum:

Cum Summarijs nouiter ante singula capitula positis: & cum Additionibus hactenus apponi consuetis. Feliciter exordiuntur.

¶ De vita & honestate clericorum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius non repellitur a iudicando prætextu criminis nisi esset infamis, vel excommunicatus, nec etiam delegatus.*
2 *In peccato mortali existens, an debeat iudicare.*

¶ Visum & tractatũ est in p̃cedentibus de iudicijs, & concernẽtibus ipsa iudicia. Verũ, quia clerici inq̃tũ pñt ab ipsis iudicijs abstinere dẽnt, cũ seruos Dei non oporteat litigare 2.q.vij.in c. sicut dñi sacerdotes. Ideo hinc sumpta occasione, vt generaliter osten
a dat a quibus se clerici [a] debeant abstinere. & qualis dẽt esse eorum vita. & qualis etiã honestas in eis requirat̃. Ideo posuit istã Rubricã de vita, & ho.cle. vel aliter põt continuari, vt ẽt tangit hic Ioan. And. & d. Ant. Visum est supra in libro p̃cedenti qualiter clerici dẽnt iudicare. Verũ, q̃a cõstitutus in peccato mortali iudicare non debet. 3.q.vij.in c.iudicet. Ideo vt clerici habeant euitare ipsa peccata mortalia voluit autor docere eos honestã vitã ducere. & hæc fuit cõtinuatio Host. cum qua etiã transit Io. An. & d. Ant. Sed aduerte ne erres: q̃a non est simpl̃r verum, q̃ criminosus, vel existens in peccato mortali repellat̃ a iu
1 dicando. † Nã si est ordinarius, non repellit̃ prætextu criminis, nisi esset infamis, vel excõicatus. ff. de re iudi.l.ad probãdũ. q̃a facit quod no. Inn. de offi. del. c.cũ sup. delegatus aũt nõ repellit̃ etiã p̃textu criminis, saluo nisi esset infamis, vel excõ. Iuxta id, qđ legit̃, & not. s̃. de rescrip.c.sciscitatus. Et ideo inq̃tum
2 Host. dicit existentem † in peccato mortali non dẽre iudicare. intellige ex merito vitę: quia non meret̃ habere officium iudicãdi: tñ ex vi officij si sit in ipso toleratus iudicare põt, & tenet, qđ agitur, nisi esset publice excõicatus, vt in præalleg. c. ad probãdum. vel nisi obijceretur ipsa exceptio excõicationis, & p̃baret̃: vel nisi ꝯ delegatũ obijceret̃ exceptio infamię, p ea quæ hñr in d.c.sciscitatus. & ita voluit gl. iij.q.vij. in summa, vbi concludit, q̃ licèt criminosus ex merito vitę non dẽat iudicare, tamen ex vi officij iudicare potest si sit toleratus in officio. Et de materia rubricę hr̃ in decretis. xxiij. dist. his igitur. & in §. clerici. cũ quatuor sequentibus. & xxxv. dist. per totum. & xlj. & xliiij. dist. xxj.q.4. & reperitur in vj. & in cle. Et de mã etiã tangit Host. in summa huius tituli. & Guil. in suo repertorio sub hac Rubrica, vbi a capitę vsque ad plantam pedis prosequitur qualis honestas in clericis requiratur, & hæc sufficiunt.

SVMMARIVM.

1 *Laicorum, & clericorum mistio in actu diuinorum prohibetur. & numero. 10. & 13.*
2 *Clericus coniugatus habet priuilegium clericale quò ad duo solum.*
3 *Laici dũ celebrantur diuina non dẽnt stare, vel sedere inter clericos iuxta altare, vel in choro dum celebrantur diuina misteria. & nu. 9.*
4 *Mysterium, & ministerium differunt.*
5 *Stare, verbum, vel sedere, videtur importare tractum moræ.*
6 *Stare, & sedere, quomodo differant.*
7 *Laici inuitati a clericis ad cantandum possunt cum eis cantare.*
8 *Ecclesia habet tres partes. s. altare maius: chorus, & nauis. & nu. 11.*
12 *Excõicatus non debet ingredi ecclesiam, quando diuina celebrantur.*
14 *Veniens contra iura indulta ex honestate non peccat mortaliter.*
15 *Oblationes altaris vendi possunt.*

T laici. Cũ celebrant̃ diuina diuisus dẽt esse cler⁹ a populo. h.d. Vel sic s̃m d. Flo. Laici propè altare, vel in choro, dũ diuina celebrant̃ sedere non dẽnt: sed illuc accedere pñt expleto officio cã orãdi, vel cõicãdi. h.d. Et tria sunt dicta quę
1 patẽt. Scđm ibi: sed ps. Tertiũ ibi: ad orãdũ. ¶ † No. j. q̃ in actu diuinorũ p̃hibita vr̃ mistura laicorũ, & clericorũ. Et ĩtellige de laicis, siue sint ꝯiugati, siue nõ, cũ lr̃a indistinctè loquat̃. & sic indistinctè vr̃ de laicis intelligẽdũ. j̃. de priui. c. q̃a circa. & xix. dis. si Romanorũ. cũ sil̃ibus. plus dicit hic Frã. Vercel. q̃ illud qđ hic dr̃ de laicis hẽt locũ ẽt in clericis ꝯiugatis. p̃ quo bñ facit qđ hic dr̃. & in c. qđ a te. & in c. diuersis fallatijs. j̃. de cle. cõiug. & eo. ti. c. j. li. vj. in fi. de cle. cõ-
2 iug. vbi patet † q̃ clericus cõiugatus solũ hẽt priuile
3 giũ clericale quò ad duo ibi exp̃ssa. ¶ † No. q̃ nõ est li
b citũ laicis stare, vel sedere inter clericos [b] iuxta altare, vel in choro, qñ celebrant̃ sacra mysteria. Et not.
4 † q̃ dr̃ia est inter mysteriũ, & ministeriũ, p̃prio sumpto vocabulo. vt hic tãgit Io. An. vt patet in illis versibus. Dicito mysteriũ cũ dño sacrificat̃. Atq; ministeriũ quodlibet offm̃. Et sic patet, q̃ verbũ ministeriũ ẽ magis latũ q̃ verbũ mysteriũ: q̃a cõprehẽdit quodlibet diuinũ officiũ, qđ nõ facit verbũ mysteriũ. ¶ No. & põdera verbũ, stare, vel sedere. nã a ꝯrio vr̃, q̃ itinerãdo pñt laici ire ad altare cã offerẽdi, seu oblationẽ
5 faciẽdi, vl̃ osculãdi altare nõ trahẽdo ibi morã. † Nã verbũ, stare, vel sedere, vr̃ designare tractũ moræ. & istud ẽt seq̃t̃ hic Io. An. tñ d. Pe. de Anch. hic vr̃ tenere ꝯriũ: q̃a s̃m eũ non vr̃ licitũ laico ire ad altare, qñ celebrant̃ diuina officia ibi, vñ arguit ꝯ sacerdotes q̃ recipiũt, & expectãt laicos, vt veniãt ad offerẽdũ ad altare. Sed veri⁹ puto dictũ Io. An. q̃ seq̃t̃ hic. d. Ant. q̃a tex. iste nõ vr̃ p̃hibere itinerãtes, & morã non fa-
6 ciẽtes. ¶ † Quæ aũt sit dr̃ia inter sedere, & stare, hr̃ in canone, q̃d est hoc. 50. dist. & in c. Eps. 95. dist. Nã sta-

a Clerici. Ponit hic. d. Abb. sup hac rubr. q̃ contineant̃ noĩe clericorũ. j. col. ante fi. ver. sed circa.

b Inter clericos. Vnde legit̃ in vita Theodosij Imperatoris, qui fuit Christianissim⁹ cum audiret diuinũ officium in ecclesia Mediola. celebrante B. Ambro. Archiep̃o Mediola. cum ipse Imperator accederet ad oblationẽ reuertẽdo de altari remãsit in choro iuxta sacerdotes quod cum vidisset ipse Ambrosius noluit ĩ missa vlterius p̃cedere, Diaconus autẽ dixit ei Pater, popul⁹ stat expectans, & satis fatigat⁹ ẽ, quare nõ proceditis ĩ missa? rñdit Archiepiscopus: quid facit Impator in

choro iuxta sacerdotes exeat & maneat cũ cæteris extra chorum cũ ergo diaconus hæc dixisset Imperatori: ipse se humiliter excusauit dicens, ꝙ ĩ vrbe cõstãtinopolitana erat cõsuetudo, ꝙ laici sedebant, vel stabãt in choro cum clericis. obediuit tamen cum mansuetudine Beato Ambrosio: & exiuit chorum stetitque cũ cæteris ipsa missa durãte: nec quidẽ vlla indignatione mot⁹ est cõtra Beatũ Ambrosiũ, sed cũ postea multũ laudauit dicẽs, sãctum Ambrosiũ dignũ esse episcopatu.

a Clerici. Si q̃ris vtrũ & quando, & q̃bus ꝑsonis licitũ sit armis vti distingue, vt hic secũdũ d. Hen. Boy. in pri.

b Armorũ. Arma autẽ quę dicant. vide d. Car. in cle. ne in agro. §. ne præfate. in v. q̃stio. de sta. mona. adde Fely. ĩ c. ita quorundã. ĩfra. de iude. co. j. ver. in gl. j. in fi. nu. j. fo. 174. in impressiõe Lugdun.

re dr̃ q non sedet stãs recte in pedibus, & dẽt q̃s orã do stare, & ñ sedere iuxta illud psalmistę. Stãtes erãt pedes nostri ĩ atrijs, &c. Vt hr̃ in psalmo. Lętatus sum
7 in his &c. Et in pal. c. q̃d est hoc. ¶ † Not. ex litera dũ dicit, non p̃sumãt, a cõtrio sensu, ꝙ laici inuitati a clericis ad canẽdũ, vel psallẽdũ pñt cum eis canere, vel psallere. facit q̃d hr̃. 63. dist. c. j. ij. & iij. & pñt p̃cipue inuitari deficiẽtib⁹ clericis. ar. j. de reli. do. inter qua-
8 tuor. ¶ † No. ꝙ ecclesia hẽt tres partes. Prima est altare maius, & ibi stant p̃sbyteri cũ celebrãtibus. Et de hoc loq̃t primũ dictũ. & ij. gl. ¶ Alia ps est chor⁹, vbi dẽnt manere clerici psallẽtes q̃ diuidit ab altari ꝑ cãcellos, de qua loq̃t secũda pars in ver. sed pars. & 3. gl. Alia pars ecclesiæ est q̃ appellat̃ nauis, seu corpus ecclesiæ. vt dicit gl. fi. & s̃m hæc loq̃t l̃ra de eadẽ ecclesia q̃ hẽt tres partes p̃dictas. & põt dici, ꝙ primo põt ĩtelligi de ecclesijs nõ hñtibus chorũ, secũda de hñtibus. ¶ Quomõ aũt clerici dẽnt seruire p̃sbytero celebrãti in altari satis colligi põt ꝑ id, q̃d hr̃. j. e. c. vt
9 q̃sq;. & s̃. d̃ fi. psb. c. ꝓposuit. ¶ † Not. s̃m vnũ intellectũ, ꝙ cessante, seu expleto officio ad orandũ, & ẽt ad recipiendũ cõionẽ licitũ est laicis accedere ad altare. Nã & ibi ẽt pñt talia sacra recipere cũ sit eadẽ rõ. Licet hic dicat̃ de sola cõione. & facit de cõstitu. translato. ¶ Scd̃m aliũ intellectũ, ꝙ in qualibet parte ecclesiæ dũmõ nõ misceant̃ clerici cũ laicis licitũ est
10 orare. ¶ † No. ꝙ ẽt quo ad misturam laicorũ, & clericorũ attendit̃ consuetudo, & sic no. ꝯsuetudinẽ debere seruari, & attẽdi. facit. 100. dist. ꝯ morẽ. s̃. de ꝯst. ex l̃ris. cũ simi. Et no. q̃d ĩferius dicet̃. ¶ In gl. 3. in fi. dr̃
11 ẽt † sancta sanctorũ, vt patet hic in fi. Scd̃m vnũ intellectũ. Et no. ꝙ parte illam olim non intrabat subdiaconus. q̃a nõ erat ordo sacer, q̃d hr̃ in c. nõ oportet. & c. nõ liceat. xxxiij. dist. Sed hodie secus, q̃a subdiaconus est ordo sacer. s̃. de seruis non ord. c. miramur. ¶ Et adde, ꝙ si laici inuitant̃ pñt cantare in ecclesia, dũ tñ non in pulpito. vt no. gl. lxiij. dist. non liceat. ¶ In gl. fi. ibi, summ⁹ Sacerdos. & põt dici, ꝙ ista est pars de qua in prin. l̃ra loq̃t. Sequens aũt expositio non vr̃ bona: q̃a non hẽt dubitationẽ cũ cuilibet liceat ingredi illã partẽ q̃ncunq;, nisi esset excõicat⁹. facit. xxj. dist. c. j. in fi. & xxv. dist. c. j. circa prin. & j. q.
12 j. non liceat. & intellige, † ꝙ excõicatus non dẽat ingredi ecclesiã, q̃n diuina celebrant̃. aliàs vr̃, ꝙ posset ingredi cã orãdi. vt est gl. no. j. q. j. q. studet. Alij vero intelligũt, ꝙ hic appellat̃ sancta sanctorũ ꝯstãtini in Roma vbi seruant̃ capita apostolorũ Petri, & Pauli. Sed ista expositio ẽt cõiter nõ tenet: q̃a ista ꝯstõ quõ ad istã ꝑtẽ esset localis. Sed ĩ dubio dẽt ĩtelligi cõstõ vt ĩportet ius cõe. facit, q̃d not. gl. in c. pe. s̃. de tẽpo. ordi. iõ Host. hic ĩtelligit, ꝙ sancta sctõrũ appellat superior ps eccłię vbi stãt clerici ad celebrãdũ, ĩ qua parte finito offõ licitũ est laicis ĩgredi ad cõicandũ & ad
13 orãdũ. ¶ † Extra gl. vr̃ ꝙ in ecclesia tp̃e celebrationis laici cũ clericis pñt stare permistim: q̃a sic videmus ꝑ consuetudinem seruari. & pro hoc etiã: q̃a celebrãte sũmo Põtifice sunt misti clerici cũ laicis. & sic vr̃ ꝙ idẽ sit dicendũ in alijs. s̃. de re iu. c. in causis. ¶ Scd̃o dici põt ꝙ spãle est in ipso sũmo Põtifice in quo talis mistura tolerat̃ ad designandũ, ꝙ ipse oĩbus est cõis. Nam s̃m legem diuinã quo ad Dei titulũ oẽs debẽt esse pares, & eandẽ mercedẽ recipere. in auth. de monа. §. hinc aũt. colla. j. Inn. vero hic dicit, ꝙ istud. c. loq̃tur de honestate. Et iõ nõ peccãt mortaliter laici faciẽtes ꝯ. c. istud saltẽ q̃n ꝯsuetudo nõ est ĩ ꝯtriũ: sed potius ꝑut cõiter seruat̃. Et istud vr̃ seq. Ioã. Andr. & ex
14 hoc habes † ꝙ veniẽs ꝯtra iura indulta ex honestate nõ peccat mortaliter. Secus q̃n q̃s venit ꝯ p̃ceptũ, vel ꝓhibitionẽ ꝑ ea q̃ hñr de maio. & obe. c. ij. & de elec. g̃nali. li. vj. ꝑ gl. vnde aũt colligat̃, ꝙ hic loq̃t d̃e honestate. dicit do. Flo. põt colligi, q̃a hic nõ ponitur verbũ, p̃cipimus, vel iubemus: sed verbũ, statuimus, vel ꝓuidemus, vel simile, puta ordinamus. & punit̃ ĩ mã honestatis, & nõ magni põderis. Sed certe q̃n lex statuit, vt aliq̃d fiat, vel nõ fiat satis vr̃ p̃cipere, vt de se patet. Iõ posset dici, ꝙ licet ipsa ꝯstõ esset p̃ceptiua q̃a nõ fuit seruata, nec de ꝯsuetudine seruat̃ nõ obligat ad mortale peccatũ. ꝑ id q̃d no. gl. in c. j. ad fi. s̃. de treu. & pace. Et istud ẽt voluit sentire hic do. Pet. de Anch. ꝙ sibi displicet, ꝙ stẽt simul in eadẽ ꝑte laici cũ clericis. Sed in inferiori ꝑte pñt stare relicta supiori
15 chori clericis. ¶ † An aũt laici possint recipe oblationes d̃ altari si eis vẽdant̃. dicit Io. de Lig. ꝙ ñ sed clericus recipiat, & eidẽ tradat. Et sic vr̃ præsupponere, ꝙ pñt vẽdi tales oblationes. de quo ꝑ Arch. x. q. j. in c. sanctorum. vbi videtur in effectu ꝯcludere q̃d s̃. dixi.

SVMMARIVM.

1 *Arma portare prohibentur clerici.*
2 *Arma portare, an liceat laicis.*
3 *Percutere non debet clerici vbi solum agitur de periculo rerum. aliàs non excusarentur ab irregularitate secus de periculo personæ.*
4 *Monachi intra monasterium arma portantes sunt ipso iure excommunicati non autem sic in clericis, sed sunt excommunicandi.*
5 *Vsurarij, siue sint clerici siue laici nisi restituant vsuras sunt excõmunicandi.*

a
1 CLerici. [a]Breue est, & nõ summat̃, nec diuidit̃. ¶ † No. j. ꝙ clericis est prohibitũ portare arma. Arma enim clericorũ s̃m Ambrosiũ sunt orationes, & lachrimæ. xxiij. q̃õ. 8. c. cõuenior. ¶ No. pẽnã clericorũ portantium arma. ¶ No. ꝙ clerici ex sola delatione armorum non sunt excõicati: sed sunt excõicandi. de quo in gl. & facit quod no. gl. in c. dilecto. de senten. excõi. lib. vj. Fallit tñ hoc in casu cle. ne in agro. §. q̃a vero. de sta. monacho. ¶ † An autem laicis licitũ est
2 portare arma de iure. dic s̃m Host. q̃d nõ. C. vt armorum vsus inscio principe interdic⁹. sit ĩ rubro, & nigro. lib. xj. Solent tñ scd̃m eum Principes quandoq; ad inspiciendos agros, vel ex alia iusta causa permittere quem vti cingulo, vel ense sine offensione tamẽ alterius. C. de propositis sacrorum scriniorum. l. fi. li. 12. Et dicit, ꝙ si quis sine authoritate Principis bellũ ingessit tenet̃. l. Iulia maiestatis. in Auth. de armis in principio. col. vj. Et ibi etiam in dicta authen. habet̃, ꝙ parui gladij permittuntur. dicit etiam Hosti. quòd necessitate imminẽte licentia magistri officiorũ sufficit. l. fin. C. de fabricensibus. li. xj. & de materia belli vide primo per Inn. in c. olim. infra. de resti. spo. & 3. q. j. in gl. summæ. de offi. ord. c. j. & glo. in c. de his clericis. lx. distin. ¶ In gl. j. ibi percutere non debet. hoc
3 verum vbi † agitur solum de periculo rerum. per ea quæ habẽtur in c. suscepimus. & in c. significasti. infra. de homici. vnde tunc non excusaretur ab irregularitate. secus vbi immineret periculum personæ. Et non potest aliter se defendere, nisi percutiat: quia tũc poterit etiã sine periculo irregularitatis. per ea quæ habentur in clem. si furiosus. de homi. & de materia.
4 xxiij. q. vlti. in summa. ¶ † In eadem gloss. ibi, tertio
b moniti. & sic ante ex sola delatione armorum [b] non perdũt priuilegium clericale. fallit in monachis intra monasterium portantibus arma: quia sunt ipso iure excõicati. de sta. mon. c. ne in agro. §. quia vero. in cle. Et sic qualitas religionis aggrauat delictum. facit, quod habetur. j. de homici. sicut dignum. Et de materia etiam facit, quod habetur. in c. perpẽdimus. & c. in audientiam. j. de senten. excommuni. in gl. fi. ibi: hoc intellige de laicis, vel potes intelligere, ꝙ loquatur etiam de clericis: q̃a nõ dẽt diuidi intellectus

eiusdem

eiusdem autoritatis.ĩ.de bap.c. maiores.Et plus dixerunt q.dã,qđ clerici sunt excõicandi demũ, qñ copulatiuè ɔcurrit.scilicet,qñ portant arma, & sint vsurarij.¶Sed,vt tangit do.Flor. verius est,ꝙ sufficit alterũ istorũ, cũ copulatiua hic ponitur inter plura facta diuersa.facit,quod habetur in l.j.ff.de his, qui no.infa. & quod ibi no.per But.& Bar.in l.si is qui ducenta.§.
5 vtrum.ff.de reb.dub.¶†Ex prædictis patet, quòd tam laici,quàm clerici vsurarij si non restituãt vsuras possunt excõicari.dicit tamen Hosti. quod gradatim procedendũ est tam in clericis,quàm in laicis:q̃a clerici primo suspẽduntur ab officio, & beneficio. Secundo excõicant.Et tertio deponuntur.facit,ꝙ not.de iudi. c.cum nõ ab hoĩe.& in c.qm̃. xl.dist. Nec etiam laici statim excommunicãtur : sed incipi debet a pœna lateranensis cõcilij.de qua.ĩ.de vsuris.c.quia in omnibus.& eo.ti.cum in diœcesi.Et sic residet Ioan. An.& do.Añt.¶Potes dicere , quod hoc quod est hic dictũ de clericis,habet locũ,quando procederet ratione cõtumaciæ. Sed vbi propter ipsum crimen,videtur, qđ possit peti,vt deponatur.per ea, quæ habentur in d.c. quoniam.& per id,quod hic dicit glos.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia ædificari non debet, nisi constituatur dos sufficiens pro sacerdote,& clerico.*
2 *Officium clerici in ecclesia instituti.*
3 *Accolitus debet legere Epistolam simpliciter,& non in habitu subdiaconali.*
4 *Epistolam legere spectat ad subdiaconum,& eo præsente non debet diaconus eam legere.*
5 *Euangelium si a præsbytero dicatur, an debeat vti stola, qua vtitur diaconus supra sinistrum latus.*
6 *Præsbyter,an teneatur sub pœna peccati tenere clericum.*
7 *Celebrare,an possit presbyter sine clerico dicendo missam.*

T quisq;. Sacerdos habens populũ debet habere clericum,q faciat ea,quæ hic in litera scribuntur.h.d. Et non recipit commodam diuisionem. ¶No.j.in tex.ibi: vt quisque. supple statuimus.vt etiã vult in gl.s.c.j.ne aliàs oratio sit imꝑfecta non habens verbũ principale. Et per ɔñs nõ esset bona grammatica contra ea,quæ habentur de rescrip.c.ad audientiã.¶In text.ibi.castitate.aliàs castigatione.& intellige moderata.facit,quod hr̃.ĩ.de homi.ad audienciam.de senten.excom. cum voluntate.
1 §.fi.¶†No.j.argu. quod ecclesia non debet ædificari, nisi constituatur dos sufficiens pro sacerdote,& clerico.& ꝑ hoc facit,qđ habetur de conse.dis.j. nemo.&
2 s.de filijs presbyterorum.proposuit.¶†Nota.quę sint officia clerici in ecclesia instituti, non exprimunt̃ hic in litera:quia habet cum presbytero cantare,& lectionem,vel Epistolam legere.¶ Itẽ parochianos admonere,& eorum filios instruere circa fidem. Et ex prædictis no.quod quilibet sacerdos habens populum arctatur tenere clericum,qui doceat filios parochianorum in fide.& quia dictũ est.s.de cantu.Adde , ꝙ habetur.xcij.dist.c.j.& ij.vbi litera dicit,ꝙ potius corde quam ore canendum est deo:vnde cauere debet clericus canens, ne potius id faciat pro placere populo : q̃a vt ibi dicit,clericus deũ moribus stimulat,dum vo
3 cibus studet populo complacere.¶†In gl.ij.ibi debet legere Epistolã:supple simpliciter,& de plano, & nõ in apparatu subdiaconali,ex quõ nõ est subdiaconꝰ. xcij.dist.in c.non liceat. Aliàs grauiter veniret puniẽdus: quia nõ posset promoueri ad subdiaconatum sine dispensatione.per ea,quæ habentur.ĩ. de cleri.nõ ordi.mi.c.j.& ij.Et videtur, quòd requiratur dispensatio Papæ,vt hic tangit gl. quod tene mẽti: quia qñque in hoc erratur.& de facto fit cõtrarium: quia existens in minoribus ordinibus tantum interdum legit Epistolam in apparatu subdiaconali , quod fieri non debet.Sed dẽt simpliciter, & de plano legere sine dicto apparatu, & sine apparatu clericali ipsam legere,
4 vt hic voluit Ioan.And.quod etiam tene menti.¶†In ea.gl.ibi:ab ordine suo recedere.&c.vult gl. qđ legere Epistolam propriè sit subdiaconi.Et ideo præsente subdiacono non debebit diaconus legere Epistolam secundum gl.sed ipso absente videtur,qđ possit legere.per id,quod habetur.xxv.dist.perlectis.cum ibi notatis in glo.& plus dicit hic Hostien.& Ioan.An.post eum,quod etiam præsente subdiacono poterit diaconus legere Epistolam,debebit tamen legere in apparatu subdiaconali. & pro hoc facit, quod licèt existẽs subdiaconus promoueatur ad diaconatũ , non tñ per hoc perdit ordinem subdiaconalem,imo etiam illum retinet,& in illo poterit etiam ministrare.facit etiam, quod habetur in l.senatore.ff.de senato.& in l.legatis seruis.§.j.de leg.iij.& per hoc etiam videtur,quod eadem ratione presbyter poterit dicere euangelium ẽt præsente diacono in apparatu diaconali. & sic quoti-
5 die seruatur.¶†An autem tunc, quando præsbyter dicit euangelium in apparatu diaconi debeat vti stola : qua vtitur diaconus supra sinistrum latus.no.gl.xxiij. dist. ecclesiastica. vbi dicit sequendam esse ɔsuetudinem ecclesiæ vbi celebratur.facit,quod hr̃.xij.dis.c.illa.& xxv.di.in c.vnum.¶ Nec obstant prædictis iura allegata hic per gl.quia vt dicit Ioan. An. non ꝓbant id,ad quod allegat glo.vt patet ex litera ipsorũ iurium, nec videtur etiam verum,qđ videatur recedere ab ordine suo diaconus ministrans in officio subdiaconali, vel presbyter in officio diaconali. imo videtur in suo ordine ministrare cum per receptionem maioris ordinis non perdat iura inferioris,nec videtur ab illis recedere:sed potius dignitatem augere.facit, quod habet̃ in l.senatores.& in l.legatis seruis.§.j. & tene mẽti:quia quotidiana sunt.¶In gl.ea.ibi diaconus dicat Epistolam.supple quasi in subsidium, ex quo ibi non est subdiaconus. facit , quod habetur in præallegato. c.perlectis.xxv.distin.tamen , vt dixi non debebit dicere in apparatu diaconali,sed subdiaconali , ex quõ dicit Epistolam.Et licèt honestum sit, quod præsente subdiacono diaconus non dicat Epistolã; sed ipse subdiaconus, tamen vt dixi etiã illo præsente posset dicere Epistolam in apparatu subdiaconali.per ea , q̃ superius dixi.¶In gl.stolas in fin.supple.& hoc vt possint etiã iuuare in cantu, & quandoq; etiã dicere pater noster,& aue Maria, & etiã symbolũ,hoc est credo in vnum deum,&c.Vt tangit gl.sequens.& quare appellatur symbolum.tangitur in c.j. & super Rubrica.s.de sum.trinita.& fide catho.Nam dicitur symbolum,quasi singulorum Apostolorum bolus: quia cõpositus fuit per Apostolos , quolibet eorũ bolum suũ apponente.¶Extra gloss.videtur,quod debeat teneri alius magister.per ea,quæ habentur in c.fi. ĩ. de magistris.¶Sed dic,quod ibi loquit̃ in magistro ad quẽ nõ pertinet legere lectionem,vel Epistolam:quia debet esse dignior , & magis instructus quã ille. de quo hic,& in eodẽ debet seruari,vt dicitur in d.c.fi.¶Sed hic loquit̃ de clerico,qui debet esse in ecclesia,& habet instruere pueros in fide, & cõsequenter ẽt prima literarum rudimenta,seu alphabetum.facit,qđ hr̃.ff. de nata.munerũ.l.ij.in fi.debet etiã ſm Anto. docere pueros psalmum illum.Quicũq; vult saluus esse,&c.
6 ¶† An autem peccet ꝑsbyter non tenens clericũ. de quo hic.dicit Inn.qđ non, q̃a ſm eũ hic. loquitur de

honestate. Et iō hoc non obseruans non peccat mortaliter, qñ hoc nō obseruat ꝓpter paupertatem. facit, quod habetur de conse. di. j. in c. hoc quoq;. do. Flor. videtur hic simpliciter dicere, qđ non obseruans non peccet: quia hic loquitur ſm eum de honestate tantum. Sed contra hoc facit, qđ dictū fuit in c. j. ŝ. e. vnde posset dici, quod licèt honestum sit, quod seruetur qđ hic dicitur, quatenus suppetunt facultates tamen si hoc non fiat, non peccat propter contrariam ↄsuetudinem. per ea, quę no. gl. in c. j. ad fi. ŝ. de treu. & pace. & per id, quod dixi. ŝ. e. c. de honestate autē esset, vt dixi, ꝙ seruaretur, qđ hic dicitur si suppetunt facultates. imo plus videtur, qđ de honestate deberet habere duos, cum dicat in plurali dominus vobiscū. per id quod legit, & not. in c. hoc quoq;. de cōse. dist. j. vř tñ ꝙ illa verba possunt referri nedum ad duos clericos: sed etiam ad vnum clericum, & ad vnum laicum. An

7 autē posset † præsbyter celebrare sine clerico aliquo dicendo missam, videtur qđ non. per ea, quæ habent. ŝ. de filijs præsbyterorum. proposuit. & per id, qđ hic habet. ¶ In ↄrium facit: quia sola materia, & forma, videntur esse de substantia ↄsecrationis. ĵ. de cele. missa. in c. cū marthe. Et hoc tenuit gl. in præsbytero incluso in loco solitario. in præallegato. c. hoc quoq;. videtur tamen, ꝙ peccet solus celebrando, nisi in casu necessitatis. p ea, quæ habentur in d. c. ꝓposuit. & facit, qđ no. Arch. in d. c. hoc quoq;. vbi ēt recitat Host. tenere cōtra gl. ibi positam. ¶ Sed potest dici gl. procedere in se: quia poterit solus dicere, seu celebrare quò ad substantiam missę: tamen non debebit solus facere, nisi in casu necessitatis. & sic intelligatur opinio Hostié. ¶ Item aduerte, quia tex. in c. præsbyteri. xxiiij. dist. videtur velle, qđ quælibet ecclesia dēt habere presbyterum, & diaconū. ¶ Alibi videtur velle, qđ debet habere duos presbyteros. viij. q. j. in cap. illud. sed dic, qđ loquit ibi vno existēte infirmo, vel qñ ēt sufficeret pluribus in facultatibus. Et adde hic quæ dicta sunt in c. j. §. vna vero. ŝ. de sum. trini. vbi patet, ꝙ sacerdos demum si sit rite ordinatus secundum ordinationem ecclesiæ habet potestatem sacrificandi &c.

SVMMARIVM.

1 *Comam nutrire non debent clerici, neque barbam.*
2 *Verba, ista anathema sit, nō inducūt excommunicationem, sed est canō ferendę sententiæ non latæ.*
3 *Habitum transmutans non est excommunicatus, nisi sit monachus.*
4 *Clericus debet incedere capite raso ex parte superiori, & detonso ex parte inferiori.*

a Si quis. Si quæris vtrum clericus nō viuens clericaliter puniat, & qua pęna. distingue, vt hic secundū d. Henr. Boy.

a SI quis. [a] Non summat, nec diuidit. 1 ¶ No. pœnā clerici † nutriētis comā, & intellige, siue sit in sacris, siue in minoribus si sit beneficiatus. argu. c. j. ŝ. de postu. & ĵ. eo. c. clericus. Et adde etiā, ꝙ nō debet nutrire barbam

2 vt patet in c. seq. ¶ † In gl. fi. No. bene, ꝙ per ista verba anathema sit, licèt videant esse præsentis tēporis, non inducitur excōicatio: sed est canon ferendę sñiæ non latæ. ¶ Et ex hoc habes, qđ verba præsentis temporis interdū rōne subiectæ materiæ non inducunt pęnam latæ sñię, sed ferēdæ, regulariter tamen est contrariū, vt patet ex his, quæ hñr in c. si diligenti. de for. cōpe. & in l. criminali. C. de iurisd. om. iudic. & in l. si quis in

3 tantam. C. vnde vj. ¶ † No. qđ transmutans habitū nō est excōmunicatus regulariter. fallit in monacho deponente habitum causa non subsistente. vt patet in d.

4 c. ij. ĵ. ne cleri. vel mona. li. vj. ¶ † Et no. qđ clericus debet incedere capite raso ex parte superiori, & detōso ex parte inferiori patentibus auribus. xxiij. dis. non liceat. de quo tangit. ĵ. eo. clerici. & per glo. in cle. ij. de vita, & hone. cleri. & xij. q. j. duo sunt genera. vbi etiā patet, quid significet rasura ex parte superiori. de quo etiam tangit gl. in dicta cle. ij. quare autem nō debet clericus nutrire commam, dicetur in c. seq.

SVMMARIVM.

1 *Barba a clericis portari non debet.*
2 *Tonderi, an debeant moniales.*

1 CLericus. ¶ † No. j. qđ barba a clericis non debet portari, qđ intelligit Ioan. And. si sint de ordine militātiū. & sic dicit seruari. Laici tamen de ordine militantium qui non sunt clerici possunt habere barbam. Ratio autem quare non licet clerico nutrire comam potest esse: quia vt dicit canō: mulier si propriū est vti velamine. & in signum subiectionis nutrire comam, seu crines xxx. di. c. ij. adeo, qđ illa etiam si solēnem pęnitentiā agat non deponit. vt no. per gl. 50. di.

2 pęnitentes. An aūt † moniales debent tonderi dic, vt no. per gl. in cle. attendentes. de sta. regula. vbi cōcludit, quod sic, quia melius est, quod capite deformato deseruiant Deo, quàm Demoni illo ornato.

SVMMARIVM.

1 *Tonsuræ omissio non facit perdere totaliter priuilegium clericale.*
2 *Clericus in minoribus, an pro delicto veniat degradandus.*
3 *Clericus in sacris, vel professus non potest habere vxorem, & si contrahit non tenet matrimonium.*
4 *Clericari, an possit, vel etiam religionem ingredi vxore inuita habens vnicam, & virginem.*
5 *Clericus coniugatus si vult gaudere priuilegio clericali debet ferre tonsuram.*

CLericus. Habet duos intellectus quos tangit hic Innoc. Vnus est, qđ principium vsq; ibi. Nec monasterium. & finis ibi. Nec in vita. Ponit vnū casum, & mediū ibi: nec in monasterio ponit alium. Et ſm istū intellectū. h. d. Si clericus non in sacris cōtrahit mřimonium. vxorem non dimittit. Sed si professus contraxerit separabitur, & iterū tondebitur hoc scđo. ¶ Secūdus intellectus est, ꝙ ponit vnum casum tantum, & iste videtur verior, & ſm istum hoc intenditur. Clericus non in sacris, & non professus, potest vxorem ducere: sed iterum tondebitur si vult gaudere priuilegio clericali, vel tenere beneficium. h. d. Et non potest cōmode diuidi. In tex. ibi. Traditus. supple taliter, ꝙ nō sit inducta professio. aliàs secus per ea, quę habentur. ĵ. de regula. c. cum simus. ¶ Item ibi tondeatur: supple si vult gaudere priuilegio clericali, & tenere bene

1 ficium. ¶ † No. j. qđ ex sola omissione tonsuræ non ꝑdit clericus totaliter priuilegium clericale: sed interim cessat, si fuerit coniugatus. Et resurgere vř superueniente tonsura. de quo in c. Ioannes. ĵ. de cleri. co-

2 niug. in cle. j. de vita, & honesta. cleri. c. j. ¶ † Not. arg. quod clericus in minoribus non dicatur habere gradum. & sic facit ad quæstionē, an clericus constitutus in minoribus pro delicto veniat degradandus, an suspensus celebrans incurrat irregularitatē. de quo no. per Ioan. And. & Hosti. in c. ij. de clerico excō. mini. & etiam in tex. & glo. c. degradatio. de pœnis. libr. vj. ¶ Et ex dictis iuribus patet, quod pōt degradari. & ēt celebrando incurrit irregularitatem. ¶ Nec obst. iste tex. q a nō debet intelligi simpliciter, ꝙ sit sine gradu,

3 scilicet sacro, vt voluit gl. ¶ † No. ꝙ clericus in sacris, vel professus non potest habere vxorem, & si contrahit, non tenet matrimonium. facit. ĵ. de cleri. coniug. c. j. & c.

c.j.& c.sanè.& in c.j.de voto.in vj.¶ No.quod clericus non potest dimittere vxorem, qñ tenet matrimo
4 nium.¶†An autẽ laicus habens vnicam, & virginem possit clericari, vel religionem ingredi inuita vxore, vel ea consentiente, recurre ad ea, quę habentur in c. cum sis.& c.vxoratus.& c.coniugatus. & c.ex publico.j̃.de conuer.coniugato.& in c.feriatim.xxxij.dist.
5 ¶† No.quod clericus coniugatus si vult gaudere bñficio clericali, debet ferre tonsuram.de quo dicendũ, vt habetur.j̃.de cleri.coniug.c.Ioãnes.& eo. tit.c.j.li. vj.¶In gl.ij.ibi redire ad seculum.supple, qñ peruenerit ad pubertatem. Ante aũt non deberet exire monasteriũ, ex quo traditus fuisset a parentibus. per ea, quæ habentur in præallega. c.cum simus.& xx.q.j.in summa.In gl.fi.veritas est, qđ portare dẽt si vult hẽre bñficia, & gaudere priuilegio clericali.vt s̃.dixi.aliàs secus.facit, quod habetur in c.j.de cleri. coniug.li.vj.

SVMMARIVM.

1 *Inuito non confertur beneficium.*
2 *Clericus cogi potest, vt promoueatur ad sacros ordines suadente vtilitate, vel necessitate ecclesiæ.*

CLericis. Non summatˀ, nec diuiditur. ¶No.j.ex tex.Archidiaconũ secũdum vnũ intellectũ fungi officio barbarij.Sed cessat notabile si exponas literã dum dicit a suis Archidiaconis.i. de mandato suorũ Archidiaconorum.vt hic exponit Goff. an autem Archidiaconus inuitum tondens clericum incurrit excommunicationem.dic, ꝙ non, quia facit iuris autoritate.facit.j̃.de sentẽ.excom.cum voluntate.§.quod si quis.& xxiij.q.iiij.qui peccat.& C.ad leg.Iul.de adulter.in l.gradus. Poterit etiam incarcerare ipsum clericum si resistat.per id, quod habetˀ.j̃. de apostatis.in c.
1 a nobis.¶†In glo.ij.in fi.potest dicere, quod beneficia non conferuntur inuitis.facit quod habetˀ.ff.de regu.iur.in l.inuito. Fallit fauore fidei susceptę in c. de iudeis.alleg.in gl.Fallit etiam secundo: vbi agitur de correctione peccati. vt habetur in c. & qui emendat. allegato in gl.& in alijs similibus allegatis per gl. Fallit etiam, quando hoc suadet vtilitas, vel necessitas ecclesiæ.vt in c.placuit.& c.consuluit. allegatis in glos. vbi patet, quod suadente vtilitate, vel necessitate ec-
2 clesiæ potest † cogi clericus, vt ꝓmoueatur ad sacros ordines.Fallit etiam fauore libertatis.l.j.& ij.ff.de libe.causa.vbi etiam põt quis defendere libertatem alterius, qui tenetur tanquam seruus etiam inuito eod. Fallit etiam, quando non directè: sed per obliquũ beneficium cõferretur, vt si quis soluat debitum ꝓ alio inuito. Nam liberat ipsum inuitum.l.soluendo.ff. de nego.gestis.& no.dicta regula, inuito.

SVMMARIVM.

1 *Monasteria monialium frequentari non debent*
2 *Moniales visitare, an liceat consanguineis.*

MOnasteria. Frequentans monasteria monialium monitus per Episcopum non desistens, si clericus est deponatur. Si vero laicus, excommunicetur. hoc dicit. Et sunt tria dicta quæ patent. Secundum ibi. Et si non destiterit. Tertiũ ibi.si laici.¶ No.j.ex tex.ibi:immunis.supple, ꝑ suspẽsionẽ ab officio, & bñficio.Et si adhuc non desistat, poterit excõicari.& tandẽ exigente, vel excrescẽte ꝯtumacia debet deponi.facit, ꝙ habetur.j̃.c.proxi.& j̃.eo.clericorũ. & quod no.s̃.de iudi. cũ non ab homine.In tex. ibi.& a cetu fideliũ. potes diccre, & exponere.& pro idest: quia per excõicationem remouetur quis, & fit alienus a cetu, & cõmunione fidelium.xj.q.iij.sicut apostoli.& c.cũ excõicato. Et sic venit declaratiuè ad præcedentia. Vnde in effectu subiungit effectũ excõicationis. ¶ Alij vero intelligunt, quod primo loquitur de excõicatione minori.& quod ponit in ver.& a cetu.loquitˀ de maiori quasi si persistat in contumacia c.debeat exõmunicari maiori excommunicatione. Sed prima videtur magis de mente literæ, secundum quam etiam potes notare, quod vbi copulatiua ponitur inter ea quæ sunt, idem exponi potest, pro idest. de quo per Bar.in l.is
1 qui ducenta.§.vtrum.ff.de reb.dub.¶†No.j.ex decretali pœnam frequentantium monasteria monialium. Et no. secundum Inno.quod potest exponi monasteria Sanctimonialiũ, vel ipsas Sanctimoniales, seu moniales, vt sic ponatur continens pro contento.facit, ꝙ habetur.j̃.de exces.præla.c.fi.potest etiã intelligi ꝓpriè.vt sic nõ solum moniales: sed nec etiã ipsarũ monasteria, seu loca debeant frequentari. pro hoc facit ſm Hostien. quia vt dicit canon, sæpe etiam intactis idest non tactis ab immundis cogitationum corporibus fugit castitas ipsa de motibus.xxij.q.v.in c.nec sola. Nã vt ibi patet, ex impudica visione fugit etiam castitas. & per hoc etiam fertur Beatũ Basiliũ cesariensem dixisse mulierẽ ignoro. & tamẽ virgo non sum. ¶No.a contrario sensu, quod legitima cã subsistente possunt frequentari monasteria etiam a laicis. aliàs secus. ¶Not.quod soli frequentanti videtur imponi
2 hæc pœna.de quo in glos.† An autem consanguineis sit licitum frequentare, seu frequenter visitare moniales.dic, quod non ſm Ioan.And.q̃a nec causa cõsanguinitatis est sufficiens. Nam, vt dicebat Hosti.ẽt sub cognati nomine posset culpa tegi. facit, quod habetˀ in c.j.j̃.tit.j.¶In glo.j.ibi.c.diffinimus.ibi dicitur. qđ quando quis vult loqui moniali, debet loqui in præsentia Abbatissę.& breuia. & compẽdiosa verba dicere. & dicit Hostien. quod sicut non licèt frequentare monasteria monialium, ita etiã nec hospitalia cõmatrum, vel Beguinarum.vt in c.perniciosam.allegato in glo.& facit, quod habetur in cle.j.de reli.domi. in ea.gloss.ibi:non finit.Ibi dicitur, quod non sufficit dicere conscientia mea munda est quò ad Deum, nõ curo quid alij loquantur, qñ quis frequentat monasteriũ:quia non solum expedit habere bonã conscientiã quò ad Deum: sed etiam habere bonam famam, ne alij scandalizentur.¶In gl.ij.in fi.Hosti.dicit, qđ frequentia debet intelligi secũdum cõmunem vsum loquendi.ar.l.j.ff.de fluminibus. puta, quando incipiunt homines loqui in tãtum, vt fama perueniat ad prælatum.lxxxvj.di.in c.si qui. & j̃.de accusa.c.qualiter, & quando. Et hoc habebit arbitrari iudex secundum eum, ar.c.de causis. de offi.delega.potest tamen dici, quod si præcessit monitio etiam semel tantum. Et ipsa non obstante illuc iterato redeat, qđ satis dicatur frequentare.& habet locum pœna posita. facit quod habetur in c.ij.j̃.tit.j.&c.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesias seculares potest Episcopus erigere in collegiatas seu conuentuales.*
2 *De ecclesia parochiali potest Episcopus facere conuentualem, & vtrũ de seculari possit facere regularem.*
3 *Collatio canoniarum, an spectet ad Episcopum.*
4 *Episcopi statuere possunt, quod bona clericorum veniãt in communi. & nume.8.*
7 *Absoluere potest Episcopus clericos se inuicem verberantes a sentẽtia canonis, si quis suadente.*

6 *Absoluere an possit a sententia excommunicationis electus in Episcopum, & confirmatus, si non sit sacerdos. & nu. 9.*
7 *Ecclesia si non habet certum numerum præfixum non admittitur exceptio de defectu facultatum.*
8 *Clerici, an possint cogi, vt communiter viuant.*

a Quoniā. Super hoc. c. in fi. si q̄ras vtrum excōicatus, ꝓ iniectione manuū in clericū possit a suo ꝓprio prælato citra sedem apostolicā absolui distingue hic secundum d. Hēri. Boy. in princi. c.

a QVoniam. [a]Istud. cap. legitur duobus modis, vno modo vt loquatur in regularibus. Alio modo, vt loquatur in clericis secularibus. Et iste intellectus communior tenet̃. vt tanget̃ cum gloss. ij. & iij. Et secundum istū breuiter hoc dicit. Eps potest statuere in ecclesia scd̄m facultates ecclesię certū numerum clericorum, qui viuāt in cōmuni, quos ab excōmunicatione per violentā manuū iniectionē in sociū nō enormē absoluere pōt. h. d. Et cōtinet tria principaliter ſm Hosti. videlicet, statutū, ꝑmiū, & pœnā. Et statutū ꝯtinet tria, primū est, qđ Epi possunt statuere certū numerū ministrorū in ecclesia. Scd̄m, qđ bona veniūt in cōi. Tertiū, qđ simul comedāt, & dormiāt. Primū verò ꝯtinet duo: q̄a indulget ipsis potestatem absoluēdi, & pęnitētiā imponendi exceptis enormibus. Pęna vero ē triplex, scilicet officij, bn̄ficij, & grauior. Scd̄a ps est ibi, si q. vero. Tertia ibi: indulgemꝰ. ¶In tex. ibi ꝯdictores. puta, quia resistunt, & volunt, qđ bona veniāt in cōi. Et no. qđ vr̃ loq. de clericis ꝑ ꝑ quantitatē pœnæ de qua sequit̃, tn̄ laicus etiā impediens iurisdictionem iudicis potest coerceri. s̄. de offic. deleg. c. j. ¶Item in grauiori, puta, quia illa censetur esse grauior pęna in ecclesia. xxiiij. q. iij. corripiātur.
1 ¶†Not. j. ꝙ Epi in diœcesibus suis videntur posse erigere ecclesias seculares in collegiatas, seu cōuentuales suppetentibus facultatibus ecclesiæ, & de expensis.
2 ¶†Et per hoc dicebat Petr. & Abb. quod Epi de ecclesia parochiali possunt facere cōuentualē, dū tn̄ suppetant facultates ecclesiæ. & sic dicūt fuisse obtentum in dięcesi claremō. de quo in c. nobis. j̄. de iure patro. & facit etiā qđ hr̃ in c. cū dilectus. de cōsue. & qđ tangetur super gl. ij. ¶An autem de ecclesia seculari possint facere regularē, dic, vt habet̃ in c. intra quatuor. j̄. de relig. domi. Not. qđ Epi possunt determinare certū numerū canonicorū in ecclesia collegiata.
3 Et sic facit, ꝙ in ecclesijs † collegiatis ad Episcopū spectat collatio canoniarum. facit quod habetur. xvj. q. vij. omnes basilicæ. de quo dicendum, vt legitur, & no. in c. j. s̄. de ele. & de co. tit. in c. cum ecclesia vulterana.
4 ¶†Not. quod Episcopi possunt statuere, ꝙ bona clericorum veniant in cōmuni, quod an indistinctè procedat tangetur. j̄. super glos. ij. Et per hoc videtur, quod in ecclesijs collegiatis bona debent esse in cōmuni, & non diuidi per præbendas. de quo tangetur. j̄. dicta gl. ij. ¶No. tria signa cognoscendi, an ecclesia sit collegiata, quę patēt in litera. scilicet, qn̄ habēt bona in communi, & qn̄ simul viuunt, & dormiunt sub
5 eodem tecto. & dicetur. j̄. in glo. ij. ¶†Not. quod Episcopus potest absoluere a sentētia canonis. si q̄s suadente, clericos in congregatione seinuicem verberātes. & istud tenuit glo. in c. decimas a populo. xvj. q. j. & in c. nullus. xvj. q. iiij. vbi gl. dicit, ꝙ hoc est priuilegium clericorum cōmuniter viuentium, seu in cōgregatione, qđ sequitur etiam hic Inn. ¶Vltimo no. ꝯuenientes ꝑdictis puniēdos esse pęna, q̄ hic in litera ex-
6 primit̃. † An autem electus in Episcopū cōfirmatus, si non sit sacerdos poterit absoluere a sn̄ia excōicationis. de quo hic Hosti. dicit, qđ nō: q̄a scd̄m eū reqrit̃ qđ sit presbyter. alleg. de senten. excō. do. Ant. hic dicit cōiter teneri ꝯrium, videlicet, qđ poterit absoluere ab excōicatione, seu vinculo excōicationis ēt si nō

b In gl. vid̄ hic. Abb. in ii. colū. ver. in gl. ii.

sit presbyter: quia istud videt̃ esse iurisdictionis Episcopalis. facit, quod habet̃. s̄. de ele. transmissa. & j̄. de exces. præla. accedētibus. Sed culpa fortè non poterit absoluere si non sit presbyter. Et sic pōt intelligi opi. Hosti. de quo in c. dudū. ver. eandē. s̄. de elec. & facit, qđ hr̃. j̄. de sen. excō. cum desideres. & c. a nobis. ¶In gl. j. scilicet deductis expensis. supra quæ etiam occurrunt in fructibus recolendis, & seruandis. l. fundus qui. ff. fami. hærcis. & ille præcipuè sunt deducendæ. vt ibi, tn̄ in casu proposito etiā aliæ sunt deducendæ de quibus etiā dixit glo. ¶Et not. qđ prælatus debet taliter ordinare, qđ singulo anno deductis expensis aliq̄d supersit ne alius casus inopinatus possit adferre magnū damnum, exēplo tutoris in l. ij. ff. vbi pupillus educari debeat. facit etiā, quod hr̃ in l. si corpus. ff. de le. iij. Et qđ hr̃ etiā in Epistola Bernardi de Cura rei familiaris. ¶In ea. gl. in fi. dicit Host. ꝙ vnus solus de ecclesia poterit opponere hoc casu, qn̄ nō sufficiunt facultates ne alter decipiatur. facit, qđ not. j̄. de cōces. præben. ex parte. ¶Guil. naso. dicebat hanc exceptionem nō posse opponi contra petentē se recipi in ecclesia: q̄a duo videtur mandari, vnū videlicet, vt recipiatur, & secundū, vt prouideatur. Et ideo licèt non posse fieri scd̄m, vr̃ qđ fieri debeat primū. alleg. qđ hr̃ de rescrip. cōstitutus. s̄. & qđ habetur. s̄. de do. & cōtu. cum dilecti. Sed certè frustra videtur recipiēdus, si ei non potest prouideri. Nā mendicaret in opprobriū cleri, cōtra ea quę habent̃ in c. diaconi. xciij. dist. Boneguida Aretinus. j̄. de prębē. dilecto. dicebat gl. ꝓcedere in ecclesia non habente præbēdas distinctas, vel ipsarum numerū: q̄a tunc vltra facultates nō debet quis recipi. In habēte vero numerū dicit gloss. non procedere, & nil allegat. ¶An autē illa opin. pōt sustineri. j̄. patebit. Ioan. Andr. remittit ad notata per se. s̄. de præsumptio. c. fi. super gl. vbi videtur concludere, qđ semper habeat obstare hæc exceptio, qn̄ dicuntur facultates nō sufficere: sed in onere probandi facit differentiā. Nā dicit, ꝙ allegās non sufficere facultates ad statum antiquū eccle. & sic quando quis petit se recipi cōtra illū, debet obijciens probare redditus non sufficere. si āutē status certus nō appareat, tūc. j̄. numerū duorū præsumet̃ in dubio sufficere: q̄a non debet fundari ecclesia sine dote, quæ nō sufficiat ad minus duobus. s̄. eo. vt quisq;. & ibi tetigi. ¶Si vero vltra numerum duorū vellet quis recipi, tunc ꝓbabit reprobās non facultates sufficere. & hoc, q̄a in dubio pro statu qui reperitur, vel præsumitur a iure est presumendū. facit, qđ habet̃ in l. ex persona. C. de proba. & infra de conces. præbē. ex parte. & iu c. j. de
7 prescri. in vj. ¶Potes dicere † qđ si ecclesia non habet certum numerum præfixum, tūc indubitanter nō admittit̃ exceptio de defectu facultatū. & q̄s debeat ꝓbare patet ex supradictis. Si āt esset ecclesia numerata, & habens distinctas præbendas, tunc nō posset q̄s petere se recipi vltra numerū. s̄. de rescrip. cōstitutus. saluo, nisi esset apposita clausula in rescripto apostolico, quia tunc posset recipi, tamen non tenerētur ꝓuidere si facultates ecclesię non suppeterent. vt hic voluit gl. sed deberet expectare donec aliqua ꝑbēda vacaret. facit, qđ dicet̃. j̄. de ꝑben. dilectus. Si aūt impetraret. j̄. numerū. & sic vacante aliqua præbenda non haberet locū exceptio: q̄a ad illā deberet recipi. Et secundū prædicta videtur posse opinio reduci ad ꝯcor-
b diā. ¶In glos.[b] ij. in fi. Iste secundus intellectus cōiter nō tenet ex eo: q̄a nō haberet dubiū, & ex eo ēt, quia monachi de necessitate habēt stare in eodē monasterio, vt in c. cū ad monasteriū. hic allegato. & sic nō ꝓcederet lr̃a, cum dicit valeatis: quę vr̃ hoc ꝑmittere in potestate

potestate Eporum,& consequente eos necessitate.argu. l.non quicquid.ff.de iudi.& quod no.in cle.ij. de iudi.circa finem. Et ideo cōiter tenetur primus intellectus. videlicet,quod hic loquatur in clericis secularibus.¶ Et aduerte,quia hic concludit gl.quod de iure. Et sic ēt esse honestū videtur, quod simul debeant viuere,nisi ex causa aliud fuerit statutum.dicit tñ, quod per consuetudinem derogatū est dispositioni huius. c. Hosti. dicebat, quod hoc est arbitrariū. & relinquit arbitrio Eporum,vtrum clerici diuisim, vel in cōmuni hēant viuere per tex.istum,dum dicit valeatis,quia non quicquid iudicis potestati permittitur id subijcit iuris necessitati.l.non quicquid.ff.de iudi.Et remittit ad summam eiusdem ti.§.j.vbi circa hoc ponit distinctionē. Idem vr velle hic Io.And.videlicet,quod Epi possint hoc ordinare, vt clerici cōiter viuant, nisi consuetudo repugnaret, quo casu non poterit,nisi fortasse cā subsistente. vt qa dissolute viuunt tenendo cōcubinas viuendo separatim. & etiam negligenter se habent circa diuina officia.Nam tunc poterit etiā non ob. consuetudine cogere eos ad simul viuendū per id, quod hic hr.& j.de reli.domi.in c.intra quatuor.

23 quarto membro.¶†Circa quintũ membrũ do. Ant. hic tangit quatuor. Primo quot Epi requirãtur in audiendo,& cognoſcẽdo cauſam criminalem Epi.cõcludit,ꝙ requiratur numerus.xij.Epõrũ excepto archiepiſcopo,qui dẽt eſſe.xiij.allegat qđ habetur.xv. q.vij.felix.& c.ſi aũt. & ſi aliq̃s ipſorum eſſet ſuſpectus:tũc dicit,ꝙ de cõſenſu accuſati,& accuſatoris, & aliorũ eliget alius de eadẽ prouincia ſi haberi poterit,aliàs de propinqua.ij.q.vj.in c.placuit.¶Aduerte tñ licèt ipſe Dy.nõ dicat,ꝙ glo.iij.q.vij.in ſumma vr̃ velle,ꝙ qñ aliq̃s ipſorũ eſt ſuſpect⁹,archieps đ cõſenſu accuſatoris,& accuſati eligat aliũ. Scđo q̃rit, in quibus actibus iudicij requiratur talis numerus dicunt quidã nõ req̃ri, ꝙ cõtinuè ſint præſentes: q̃a ſm eos poterit fieri receptio teſtiũ ꝑ Archiepiſcopũ ſine iſto numero. & ſic ſm ipſos req̃reret ſolũ talis numerus in ꝯteſtatione litis, & allegationibus audiẽdis,& in actu ſñiæ.Sed Hoſti.dicit,qđ requirũtur ẽt in libelli oblatione.ꝑ id, qđ hr̃ in c.j.s̃.de libe.obla. Et commiſſione facienda ꝓ teſtibus recipiendis per ea,quæ habẽtur. C.de fide inſtru.in auth.apud eloquentiſſimũ.& etiam requireẽ ſolum talis numerus in relatione,quæ fiẽda erit Papæ. facit,ꝙ hr̃ in c.dudum.& in c.multũ ſtupeo.iij.q.vj.& de appel.intimaſti. & de offi.deleg.ſuper quæſtionũ.§.intentiõis. Tertio quærit, an in aliquibus cauſis talis numerus ſit neceſſarius. & cõcludit,ꝙ in cauſis Epi criminalibus.& etiam in ciuilibus ſi per modũ exceptionis ꝓponatur crimen.& ſic deijciatur Eps iam confirmatus ſm formã quæ habentur in c. ſuper his.j̃. de eccle.& allegat cauſam poſt Inn.q̃a propter obiectum ipſius exceptionis pſona ipſius Epi ſigillatur intantum,qđ nõ poterit poſtea ꝓmoueri ſm ea,quę habẽtur de elec.ſuper eo.hoc tamen vltimũ valet, qđ ẽt, qñ obijcitur crimen cõtra Epm per modũ exceptionis dẽat dictus numerus interuenire.dicit do.Ant.ꝙ nõ eſt ſine dubitatione:q̃a canones vr̃ loqui qñ agitur ad depoſitionẽ. & vlterius non dicit do.Petr.hic vr̃ velle,ꝙ iſtud nõ procedat præcipuè per id,qđ ipſe Innoc.met hic dicit,dũ dicit, ꝙ ſi agitur de crimine ſolũ ad finem, vt quis ab eccleſia deponatur non ab officio,qđ tunc nõ requirit̃ numerus Epiſcoporũ:vt etiã inferius dicã. & ſic ſm eũ Inno.in hoc videẽ ſibi cõtradixiſſe. ſed aduerte, q̃a imo videtur eſſe caſus in c.illud.xxiiij.diſt.vbi vr̃ probari, ꝙ etiã vbi crimẽ per viã exceptionis opponitur cõtra Epm requiratur numerus Epiſcoporũ. & aliud dictum,qđ ponit hic Innocẽ.poſſet intelligi qñ obijcitur crimẽ per viam exceptionis cõtra presbyterũ,vel aliũ exiſtentem in ſacris.Attende tamẽ,q̃a in d.c.illud. ſolum videtur dici de numero.vj.Epiſcoporum.& ſic ſm Inn,oportet ſuppleri de alijs ſex.Sed q̃a iſtud videẽ literã violare vr̃ poſſe dici, qđ licèt qñ directè accuſatur Eps ad finẽ,vt deponaẽ ab officio requiraẽ numerus.xij. Epiſcoporũ vltra metropolitanũ.tamẽ,qñ obijcitur crimẽ ꝑ modum exceptionis videtur,ꝙ ſufficiat numerus.vj.Epiſcoporũ ꝑ d.c.illud.& hoc ibi videẽ ſequi Arch.de quo ẽt dixi in d.c.ſuꝑ his.j̃.de eccleſia. In ſñia autẽ ſuſpẽſionis,vel excõicationis, nõ vr̃ req̃ri iſte numerus: q̃a videẽ Archiepiſcopus ſine dicto numero poſſe tales ſententias ferre in ſuffraganeum ſuũ: vt patet ex his,quæ habenẽ.s̃.de cler.nõ reſi.in c.ex tuę.& ibi ẽt dixi,& ẽt tãgiẽ ibi ꝑ Inn. ſir̃ p̃t Epiſcopus tales ſentẽtias ferre cũ cõſilio ſui capituli.j̃. de ſen.excõi.venerabili. ꝙ not.in c.j.j̃.de exceſ.pla, & ꝙ hr̃.j̃.de foro ꝯpe.Romana.ad fi.li.vj.vbi ẽt vicari⁹ archiepiſcopi abſente archiepiſcopo poteſt tales ſñias ꝓmulgare.& ſic trãſit do.Ant.videreẽ tñ,ꝙ qñ cõcilium eſt congregatum ſñias ſuſpẽſionis quæ hẽt tũc ferri dẽt ferri per archiepiſcopũ cũ cõſenſu Epõrum qui ſunt in cõcilio, vel maioris partis, q̃a aliàs nõ diceretur ſñia per cõſiliũ lata. per id,qđ dixi ſuperius.In inq̃ſitionibus aũt, ſeu cauſis criminalibus poteſt presbyteros,diaconos, & ſubdiaconos. & ſic cõtra exiſtẽtes in ſacris minor numerus requiratur: q̃a in cauſa presbyteri criminali ad finẽ depoſitionis ab officio ſufficiũt ſex vltra ordinarium, & in cã diaconi,vel ſubdiaconi ſufficiũt tres Epi:vt patet ex his,quæ habẽtur in d.c.felix.& c.ſi autem.& facit,ꝙ not.glo.in c.j.de hæreti.in vj.& ꝙ hr̃.s̃.de ſer.nõ ordi.in c.numeramur. Et ꝑ p̃dicta ꝓcedunt,qñ agitur de crimine ad fi.vt quis deponatur ab ordine, ſeu ab officio:vt patet ex his q̃ habẽtur.xv.q.vij.in ſumma. & per totum.Secus dicit Inno.& Io.Andre. ſi ſolum agatur de crimine ad finẽ, vt ab eccleſia deponatur: q̃a tũc ſolus Epiſcopus hoc poterit de hoc cognoſcẽdo.& etiã diffiniendo.xviij.q.ij.in c.ſi quis. & in c. Epiſcopus ſolus, & intellige ſine numero Epõrum: tamẽ vr̃,ꝙ cũ cõſilio capituli facere debet per ea, q̃ habenẽ, & not.in d.c.Epiſcopus. & de his quæ fi.a præla.in c.nouit.& in c.quãto.& facit ad prædicta,ꝙ no.per glo.xvj.q.viij.in ſumma.dicit etiã Io.Andr.ꝙ nõ eſt neceſſarius dictus numerus Epiſcoporum,qñ agiẽ ciuiliter ꝯ̃ presbyteros, vel exiſtẽtes in ſacris de furto ad intereſſe:vel qñ agitur de vſura.ar.eoꝛũ,quę habentur in c.ſi.j̃.de ſur. & facit, ꝙ hr̃.j̃.de vſur.c.j. & ſic trãſit.d.Anto.¶Aduerte tamẽ,q̃a in cõſilio p̃dicta tractãtur, & dicanẽ geſta per conciliũ videreẽ, qđ deberẽt eſſe geſta de ꝯſenſu Epõrũ exiſtentiũ in concilio prouinciali,vel maioris partis. Et ſimiliter qñ in ꝯcilio ſynodali,ſeu Epiſcopali videtur ꝙ requiretur,qđ eſſent geſta de ꝯſenſu p̃latorum, vel maioris partis,vt dicanẽ geſta per ꝯciliũ ꝑ id, qđ ſuperius dixi.& per iſtum tex.licèt vbi cõciliũ non eſſet congregatum poſſet Eps facere ea, quæ dixi ſuperius. ¶Quarto tractat, an qđ dictũ eſt de numero Epõrũ habeat locum, ſiue procedaẽ ex poteſtate ordinaria in ipſo concilio,ſiue ex poteſtate delegata a Papa.& cõcludit,ꝙ quæ ſuperius dicta ſunt procedũt, qñ ꝓceditur ex poteſtate ordinaria.Si autẽ proceditur ex poteſtate delegata a Papa: tunc vr̃,ꝙ non requiratur dictus numerus,ſed ſolus delegatus a Papa poſſit ꝓcedere ſine dicto numero.ꝑ ea,q̃ habenẽ.s̃.de dolo. & ꝯtu.in c.veritatis. & j̃.de accu.in c.cum dilecti. ¶Nec ob.qđ hr̃.iij.q.vj.hęc quippe.vbi videẽ, ꝙ delegatus ꝓcedet cũ dicto numero: q̃a illud ideo, q̃a ſic Papa mãdauit.facit,qđ no.iiij.q.viij.in ſumma.& hæc ſufficiãt de q̃nto mẽbro.

24 ¶†Circa ſextum membrũ:videlicet quis faciat concilium,ſeu facere poſſit. ꝯclude,ꝙ Papa,vel alius eius mãdato põt facere cõciliũ gñale.facit, ꝙ hr̃.iij.diſt.§.porrò.xv.diſt.ĩ c.j.ꝓuinciale vero cõciliũ facere põt archiepiſcopus ſine P.imatę,& cõſequẽter ẽt ſine Patriarcha,quãdo illi ſubeſſent.per id,qđ legiẽ,& no.in c.j.xviij.diſt.& eadem ratiõe poterit Epiſcopus facere cõciliũ Epiſcopale, ſeu ſynodale ſine Archiepiſcopo. An aũt Primas, vel Patriarcha poſſit facere conciliũ doct. hic non tangũt: ſed poteſt dici,ꝙ Primas cum Epiſcopis ſuffraganeis ſuis põt facere cõciliũ.Et ſir̃. Patriarcha cum ſuis Epiſcopis ſuffraganeis: q̃a ſi Archiepiſcopus p̃t facere ꝯciliũ cũ Epis ſuffraganeis ſuæ ꝓuincię multofortius ipſe Primas, & Patriarcha q̃ ẽ ĩ maiori dignitate. facit,qđ hr̃.s̃.de offi.ord. duo ſimul. & de mai.& obe.c.ſi.& đ dilationib⁹.c.expoſuit.& j.đ priui.antiqua.an aũt archiepi ſubiecti Primati,vel Patriarchæ teneanẽ ire ad cõciliũ Primatis,vel Patriarchæ non

non reperio tactum per doct. nec iura etiam vident̃ hũc casum decidere, & fortè fuit de mẽte iuris, ꝗ nõ teneant̃ accedere ex eo, ꝗa nõ reperit̃ bene iure cautum. facit, qđ habetur. xviij. disti. c. j. & per totum. & ꝗa archiepiscopi tenẽtur singulis annis facere cõcilium ꝓuinciale: vt hic patet. & ĩ. de accu. sicut olim. & sic in hoc satis videntur grauati. ideo vr̃, ꝗ in alio releuẽtur. ar. l. eum q. ff. de iureiur. & si dicatur, quid operabitur superioritas ratione Primatię, vel Patriarchatus. potest dici, ꝗ operabit̃, vt possit archiepiscopus conueniri corã Primatę, vel suo Patriarcha. arg. eorum, q̃ hñr. s̃. de offi. ordi. pastoralis. Itẽ ꝗa a sñia lata per archiepm̃ poterit appellari ad primatẽ, vel ad suũ Patriarcham. facit, qđ habetur. s̃. de appella. dilecti. & in c. j. xviij. dist. & hæc sufficiãt de sexto mẽ-
25 bro. ¶†Circa septimũ, & vltimũ: an existentes in cõcilio habeant ius reuocandi domũ. conclude, ꝗ si cõcilium specialiter fuit cõgregatũ ꝓ aliquibus causis, vbi existẽtes tenẽtur pro illis respõdere: nec quò ad illos videntur habere ius reuocandi domũ: ex quò ꝓ illis specificè cõgregatum est cõcilium. Et si pro alijs causis cõuenirentur nõ tenerent̃ respõdere, & haberent priuilegiũ reuocandi domum. facit, quod habetur in c. fi. s̃. de foro cõpe. & in c. exposuit. de dila. Si aũt gñaliter ꝓ correctione morũ, & subditorũ fuisset cõcilium cõgregatum: tunc videtur, ꝗ nõ habeat ius reuocãdi domum: ex quò concilium est generaliter cõgregatum ꝓ correctione morum, & subditorũ. dicit tñ Inn. hoc ꝓcedere in causis ciuilibus, sed vbi ꝗs criminaliter accusaretur. dicit, ꝗ videtur, ꝗ habeat ius reuocandi domum. ꝗa oportet, ꝗ in cã criminali quis vocetur specificè. & ẽt exprimantur crimina ꝓ quibus facit. c. fi. v. q. ij. & sic trãsit Io. An. Et per hoc dicit do. Anto. posse inferri ad intellectum. c. j. s̃. de iud. videlicet, quare ibi facta fuit illa interrogatio: an vellet in cõcilio rñdere: ꝗa fortè ſm eũ fuit factũ, ꝗa habebat ius reuocandi domũ: ex eo, ꝗa nõ fuerat specialiter vocatus pro crimine illo de quo accusabat̃. Do. aũt Pet. hic dicit, qđ videtur, ꝗ ex quò conciliũ est generaliter congregatum, qđ non debet habere ius reuocandi domũ: & licèt nõ dicat posse respõderi ad. c. j. de iudi. qđ ibi fuit facta interrogatio ne postea posset ꝯciliũ recusare, prout ibi etiam reuocatur ſm vnũ intellectũ. & ad c. fi. v. q. ij. posset dici, ꝗ posset citari specialiter existẽs in concilio, vt compareat coram concilio ad respõdẽdũ sup crimine super quo accusat̃. & ꝓ ista parte etiã facit, ꝗ dixi. s̃. circa qñtũ membrũ. vbi dixi, qđ in causis criminalibus contra presbyteros, & alios existentes in sacris requiritur certus numerus Episcoporum, & possunt tractari in cõcilio, licèt posset dici, qđ illud dictum intelligatur quando specificè anteꝗ̃ venirẽt ad conciliũ fuerat ꝓ illa causa criminali vocatus. & licèt hæc opin. videt̃ posse de iure substẽtari: tamẽ fortè seruaretur in practica opinio Inno. quam sequitur Io. An. & do. Ant. & hæc sufficiant de materia conciliorum.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas interdum nocet, interdum iuuat.*
2 *Patroni, & alij habẽtes administrationem temporalem in ecclesijs arctantur ad assignandam congruam portionem rectoribus ibidem institutis, quam non possunt diminuere.*
3 *Patronus, an possit aliquam partem ꝓuentuum ecclesiæ habere.*
4 *Consuetudine reprobata, an intelligatur de præterita, vel de futura.*
5 *Quartæ vel tertiæ appellatiõe ĩtelligitur quarta, vel tertia, totius rei.*
6 *Residentiam personalem requirit ecclesia parochialis.*
7 *Doctor, an possit deseruire per substitutum.*
8 *Deseruire potest quis ecclesiæ parochiali per vicarium quãdo est annexa præbendæ, vel dignitati.*
9 *Et in talibus ecclesijs annexis vicarius debet esse perpetuus.*
10 *Sententia priuationis infertur per ista verba, scias te esse priuatum.*
11 *Promotus ad ecclesiam parochialem licèt non sit in ordine sacerdotali valet tamen promotio.*
12 *Et an requiratur, quòd tempore quo promouetur saltem sit diaconus.*
13 *Deseruire per vicarium, quando liceat, & in quibus casibus.*
14 *Clausula in fine posita, an debeat referri ad omnia præcedentia.*
15 *Pœna quæ venit committenda ex facto negatiuo venit committenda ex mora ipsius non facti.*
16 *Mortuo canonico qui deputauit vicarium perpetuum, seu præsentauit, & fuit institutus per Epm̃ non expirabit officium illius vicarij.*
17 *Conferre beneficium vacans debet collator, aliàs priuabitur illa vacatione potestate conferendi.*
18 *Episcopus, an possit decimas, vel partem decimarum mensæ suæ assignare curato egenti.*
19 *Residentiam requirit quodlibet beneficium de iure communi.*

Xtirpandæ. Rector ecclesiæ non obstante cõsuetudine Epi, vel patroni de redditibus ecclesię dẽt habere sufficiẽtem portionẽ. h. d. primò. & priuatus est parochiali ecclesia rector in ea non residens, nisi sit annexa dignitati, vel præbendæ, quo casu debet ibi habere perpetuũ vicariũ. h. d. secũdo. Tertio prohibet in fraudẽ ex fructibus beneficij pensionem in beneficium dari. & sic sunt tres partes principales q̃ patent ex summa. secũda ibi: qui vero. tertia ibi: illud. Prima facit tria. Nã primo narrat vitiũ in genere. Secũdo specificat. Tertio reformat. secũda ibi: nam hoc. tertia ibi: cum igitur. Secũda etiã facit tria: quia primo statuit. Secundo excipit. Tertio punit. secunda ibi: nisi. tertia ibi: alioquin. ¶Nota primo. ex textu, ꝗ ad superioris officium spectat vitia extirpare. Facit, qđ hr̃. s̃. de offi. ord. c. j. ¶Item no. ꝗ vbi beneficia sunt exigua, & sic habent tenuem redditũ, vel similiter ad illa assumuntur in partẽ. nam talia partim volũt ꝯmuniter acceptare, vt docet expe-
1 riẽtia. & sic patet, ꝗ interdũ† paupertas quò ad aliq̃d nocet. dicit tamen Ioan. Andr. post Hieronymum, ꝗ interdũ prodest: ꝗa interdum liberat corpus a podagra, quia non vtitur quis multitudine ciborum, & præcipuè delicatorũ. facit, ꝗ habetur in c. legimus. de consecra. dist. v. Interdum etiam ſm eundem Hieronymum. vt hic refert Ioan. An. liberat animã a peccato: ꝗa Interdum propter illam conuertitur impius
2 & iniustus ad opera iustitiæ. ¶†Itẽ nota, ꝗ patroni, & alij habentes administrationem temporalem in ecclesijs arctantur ad assignandam cõgruam portionẽ, rectoribus ibidem institutis quam non possunt di-
3 minuere etiã ꝑtextu cuiusq; cõsuetudinis. ¶†Et ex hoc not. ꝗ patronus videt̃ interdũ posse partẽ ꝓuentuum habere ipsius ecclesiæ, qđ videtur contra ea q̃ habentur. ĩ. de iure patro. ¶Sed dic, ꝗ ibi loquitur in patronis laicis, hic in patronis clericis, vel religiosis qui aliquando habent ecclesias pleno iure subiectas: quãdoq; quò ad temporalia de quo plenè dictũ fuit. s̃. eo. de mona. & tãgit ẽt aliq̃d hic Io. de Lig. vt refert do. Pe. Isti tamẽ habẽt semper reseruare ꝯgruã portionẽ vicarijs: vt hic patet. & in ꝑalleg. c. de monachis. ¶Itẽ nota casum in quo reprobat̃ consuetudo.
4 ¶ † An autem reprobata consuetudine intelligatur solum reprobata præterita: an vero etiam futura. remittit dominus Petr. ad not. per gloss. in clemen. statutum. de elect. in verbo consuetudine. & ibi plenè dixi. facit etiam, ꝗ notauit gloss. in cle. si vna. & quod
5 ibi etiam dixi de rebus eccl. nõ alienan. ¶†Item not. secundum do. Pet. ꝗ appellatione quartæ, vel tertiæ intelligatur quarta, vel tertia totius rei. & sic etiã dicit intelligi ſm communem vsum loquendi. dicit tñ Ioan. ab Imo. super iij. Decre. L 3 Bar.

Bar.aliter sensisse in l.interdum.ff.de hæred.institu. videlicet,qđ non intelligatur de quarta totius rei in dubio:sed de quarta ex.xij.partibus.cum legali diuisione q̃libet res in xij.partes diuidat̃ ĩ l.seruū.§.hr̃ditas.ff.de hær.inst.& in §.hæreditas instituta. de here. inst.¶Sed certe si pōderent̃ verba Bar.satis vr̃ velle, quòd si fiat mentio de tertia. vel de quarta,quòd intelligatur de tertia, vel quarta totius rei. & pro hoc etiam,quia si intelligeremus de tertia, vel quarta de duodecim idē esset, q̄a tertia pars de duodecim sunt quatuor. & sic in effectu sunt totius rei. Sed benè dicit Bart.ꝙ si quis petit duas partes alicuius rei, si vult petere duas partes ex tribus totius rei, qđ debet hoc exprimere: quia aliàs simpliciter petendo duas partes possit intelligi,quòd peteret duas partes ex duodecim partibus.& sic non intelligeret̃ s̃m suā intentionem.

6 ¶†Itē no.ex.§.qui vero.[a] ꝙ regulariter ecclesia parochialis requirit residentiā personalem. & ꝙ regulariter prohibitum est deseruire per vicariū. facit,quod dictum fuit in c.q̄a nōnulli.s̄.de cleri.non residē.& hoc faciat s̃m do.Pet.

7 An † doctor per substitutū pōt deseruire.nam videt̃,ꝙ non,nisi hoc habeat cōsuetudo. vel subsit cā necessaria. de quo per Bar.in l.nemo.ff.de duo.reis. & etiā p Cyn.& alios in l.quisquis.& l.ad similitudinem. C.de Epi.& cle.

8 ¶†Item not.vnū casum exceptū in quo deseruit̃ ecclesiæ parochiali per vicariū, qn̄ videlicet est annexa p̄bendę, vel dignitati. de multis alijs casibus posuit hic ēt Io.An.de q̄bus tāget̃.su p gl.in verbo ꝑpetuū. ¶Itē not.pluralē,seu habentē plura bn̄ficia vbi pluralitas permittit̃ a iure arctat̃ ad residentiā in maiori bn̄ficio,& in alio dēt deseruire ꝑ vicariū. ¶Item no. quò ad residētiā maius videt̃ esse bn̄ficiū p̄bēda cathedralis ecclesiæ.supple, vel ēt alterius maioris ecclesiæ,cū hic nō exprimat̃ de cathedrali.facit,qđ no. ꝑ Io.An.in c.j.de fi.presby.in vj.qđ hr̃.j̄.de ver.sig. venerabili. & in cle.j.de sen.excō.quā sit parochialis ecclesia annexa p̄bēdę.

9 ¶†Itē not.ꝙ in talibus ecclesijs annexis in q̄bus q̄s deseruit ꝑ vicariū debet vicarius esse perpetuus.facit,qđ tangetur super glo. in verbo perpetuo.¶Itē no.pœnā nō residentis in ecclesia parochiali s̃m vnum intellectum. ¶Secundū aliū no.pœnā nō deseruientis per vicariū in ecclesia annexa:q̄a tali ecclesia ipso iure priuatur.¶Itē nota,

10 ꝙ ꝑ† ista verba scias te esse priuatū ꝓfertur.priuationis s̄nīa. facit,quod in simili not.de excōicatione.s̄. de appel.in c.præterea requisisti.¶Itē no.ꝙ regulariter nō est licitū super vno bn̄ficio in fraudem aliud creare.& sic videt̃,ꝙ si nō fiat in fraudē,qđ tunc hoc possit fieri. & sic dicit do.Anto.practicari in istis ecclesijs collegiatis:q̄a su p vno altari interdū cōstituūtur duo,vel tria bn̄ficia.& sic duę,vel tres capellanię qđ s̃m eū videt̃ posse fieri, si redditus cuiuslibet sint sufficiētes,seu quodlibet bn̄ficiū.facit,qđ habet̃.s̄.e. vacāte.facit ēt,qđ hic tetigit d.Flo. ¶Nā dicit,ꝙ hic ꝓhibet̃ ne habēs ecclesiā annexā p̄bēdę assignat nepoti certam portionem in ecclesia. & similiter ꝓhibet̃ collator talē portionem in ecclesia assignare: q̄a ꝑ hoc videt̃ fraudari rector.ꝑ hoc tn̄ non tollitur q̄n si esset valde amplū bn̄ficiū possit ibi constitui aliud bn̄ficiū ex fructibus rectoriæ.intelligo ꝑ Epm̄ cū cōsensu capituli. sicut vna præbēda interdū diuidit̃ in duas.s̄.eo.vacāte.& sic s̃m eū ꝓhibet,ꝙ nō det̃ pēsio ꝑ bn̄ficio ad vitā eius cui assignat̃,& nō cōstituit beneficiū perpetuū de ꝑ se.¶In gloss.sufficiēs. in fi.& materia glo.dictū fuit in dicto.c.de monachis.

11 ¶†In gloss.in ordine.in fin. ¶Quis aūt sit ordo in quo dēt q̄s deseruire in ecclesia parochiali.dic,ꝙ est ordo sacerdotalis:vt patet in iuribus hic allegatis.& de elec. in c.licèt canō.li.vj.videt̃ tn̄, ꝙ licèt tp̄e quo ꝓmouetur q̄s ad ecclesiā parochialē licèt nō sit in ordine sacerdotali nō impeditur ꝓmotio: sed debebit facere se intra annū ꝓmoueri, aliàs ipso iure priuat̃ ecclesia.d.c.licèt canō.

12 ¶†An aūt requirat̃,ꝙ tp̄e quo ꝓmouet̃ saltē sit diaconus.& sit in ordine sacro. videt̃, qđ sic: per ea q̄ habentur,vt hi qui.de æta. & quali. ¶Præterea,nisi dispensatū fuerit cū illo:vt ibi patet. & satis hoc videt̃,qn̄ ꝑ viā electionis ꝓuidet̃ ecclesię parochiali. Secus si per viā præsentationis,& institutionis.de insti.c.j.& ij.in vj.vel per viā collatiōis.de elect.cū ex eo.li.vj.vel per viā rescripti apostolici.j̄. eo.si pro clericis pauperibus.li.vj. An aūt canonicus ecclesiæ collegiatę nō existens in sacris habeat vocē in capitulo. tāgebat hic Hosti.sed hodie est expeditū,qđ nō in cle.vt hi qui.de æta. & quali. An autem aliud bn̄ficiū,vel alia bn̄ficia habeāt ordinē annexū q̄ ecclesia parochialis.dic,qđ sic. qđ patet in dignitate Abbatię q̄ req̄rit ordinē presbyteralē. & similiter in decanatu,& ꝑpositura q̄ requirūt similiter ordinē ꝑsbyteralē. facit,qđ hr̃ de æta. & quali.c.j.dignitas aūt archidiaconalis requirit ordinē diaconalē.s̄.de elec.cū in cūctis.§.j.¶In glo.p̄bēda.ibi:& recipiat talē p̄bendā. sup.de qua loquit̃ litera.s.q̄ habet annexā parochialē ecclesiā.¶In eadē glo.ibi:ex dispēsatione Epi.benè dicit ex dispēsatione: q̄a de iure cōi, ex quò vtrūq; bn̄ficiū requirit residentiā non posset vtrūq; retinere.facit,qđ dictū fuit.s̄.eo.cū iamdudū. & qđ no. de rescri.gr̄a.in vj.Et pōt Ep̄s hoc casu dispensare,vt q̄s habeat simplex bn̄ficiū cū curato, vt dixi.s̄.eo.de multa. nec impedit̃ dispēsatio licèt simplici beneficio sit annexa ecclesia alia curata. vt voluit hæc glos.& bn̄ facit, qđ hr̃.j̄.eo.super eod.in vj. ¶In fi.glos.cōiter tenetur opinio reprobata opinione glo.per ea, q̄ hn̄r.j̄.eo.super eo.& c.cum singula. li.vj.¶In gl.in verbo in maiori.in fi.forte voluit glo. colligere id,qđ dixit ex isto tex.hoc modo. quia hic vr̃ ꝑmitti,qđ simul habeat præbendā,& ecclesiā,qn̄ ecclesia non erat sufficiēs. & ꝑ p hoc fuit annexa p̄bēdæ. & sic secus videtur,qn̄ ecclesia fuisset sufficiēs & similiter præbēda,q̄a tūc nō fuisset facta vnio, & sic non potuisset habere vtrūq; simul.qđ intellige verū de iure cōi,ex quò vtrūq; requirit residentiā cessante cōsuetudine.Nā ex consuetudine posset habere simplex beneficiū,& sic præbendā cū ecclesia curata.de consue.c.j.in vj.& similiter ex dispensatione Epi,vt dixi su p glo.ꝓcedēti. & multofortius pōt habere ecclesiā curatā annexā p̄bendę sine aliqua dispēsatione. Nam cum dispensatione posset etiā habere ecclesiam curatam cū prębenda habente annexam aliam ecclesiā curatā, vt dictum fuit cum gl.ꝓcedenti.Et ad materiam facit,quod notatur per glo. in c.dudū. el ij.de elec.alleg.in gl.& de rescrip.gratia.lib.vj.& in cle.gratia.de rescrip. & quod not.per Inno.s̄.eo.cū iamdudū. ¶Et aduerte,q̄a hic tex.nō dicit de cathedrali ecclesia,sed de maiori. & sic non facit text.iste pro opinione Ioā.Mo.de qua in c.j.de fi.presby.in vj.vbi dicit istū tex.tātū ꝓcedere in prębenda ecclesię cathedralis.& sic intelligendo arguit quòd Episcopus non possit dispensare cum illegitimo super præbenda ecclesiæ cathedralis, sicut non dispensat in curato:vt ibi patet;quia præbenda ecclesiæ cathedralis maior videtur beneficio curato. arg. huius.§.Ioan. Andre.in d.c.j.super gloss. intelligo, & etiam Archi.ibi tenent contrarium, quia iste tex. non ꝓbat opi.Io.mo.cū hic nō dicat de p̄bēda ecclię cathedralis: sed de præbēda ecclesię maioris.Maior autem

[a] §.qui vero. Hūc.§. do. Abb.solenniter repetijt: quæ repetitio ē inserta in eius lectura in præsenti c.vbi multa memoratu digna scripsi. vid ibi.

autem ecclesia in loco esse potest in loco etiam non cathedralis: vt patet ex his, quæ habent in cle.j.de iu di.& in cle.j.de sen.exc.& facit.j.de ver.sig.venerabili.¶In gl.ppetuũ.ibi: de authoritate Epi est institu tus.supple,& simpliciter.secus si ad certũ tẽpus esset institutus, licèt de autoritate Episcopi esset institut⁹, quia tũc nõ esset perpetuus: vt patet de elec.cum ex eo.li.vj.¶Et no.ꝙ ibi vicarius est simpliciter instituẽdus, vel ad tps non modicũ instituendus est cũ autoritate Episcopi: vt patet hic,& in d.c.cum ex eo. Sed ad tempus paruũ, puta ad duas, vel tres septimanas posset institui vicarius sine autoritate Epi: vt no.Io. An.in d.c.cũ ex eo.in nouella.in verbo ab eis. ¶Et aduerte ẜm do.Pe.ꝙ quidã sunt vicarij fori pęnitentialis. de quibus hic in d.c.cũ ex eo. quidã vero cõtentiosi.de quibus in c.j.& per totũ. de offic.vica.in vj.¶Primorum duę sunt species. nã quidã sunt perpetui, quidã tpales: vt patet ex supradictis.¶Secundorũ etiã duę sunt species: q̃a quidã sunt spirituales,

13 quidã generales.de offi.vica.cũ in genera.li.vj. ¶†In ea.glo.in fi.hoc verũ regulariter, ꝙ non est licitũ deseruire per vicarium. fallit etiã in aliquibus casibus. de quibus dic per Io.And. iam fallit primo, qñ consuetudo ecclesiæ habet, quòd quis possit per vicariũ deseruire.per id, qđ habetur.s̃.de offi.vica.c.j.& per totũ.Secundo fallit ratione impossibilitatis, vt qñ q̃s habet duo beneficia quorũ vtrũq; requirit residẽtiã forte ex dispensatione: vel quia vnũ est annexũ alteri quo casu deseruit maiori beneficio ꝑ seipsum,& minori per vicariũ: vt hic patet.hoc tñ videtur limitandum ẜm do.Anto.qñ beneficia sunt inęqualia: quia tũc maiori debet deseruire per se: sed vbi essent ęqualia poterit eligere in quo velit deseruire. per id, qđ no.glo.in c.non potest.de præben.in vj.Tertio fallit ratione occupationis propter quã Eps potest tenere vicarium de offic.vica.per totum.in vj.& facit, quod habetur supra de offic.archipresby.c.primo. in fi.& s̃.de offic.archi.c.j. & j̃.de cele.missa.c.j. & ij.Quarto fallit ratione constitutionis, vel rationabilis consuetudinis: vt q̃a pauperes sunt canonici,& cõstitutio, aut cõsuetudo habet, quòd duę prębẽdę in diuersis ecclesijs ꝑpter id, quod no.j̃.de cõcef.præbẽ. literas. vni cõferantur quo casu poterit media per vicariũ deseruire.s̃.de cõsti.cum oẽs. ad fi.& facit, quod habet.s̃.tit.j.cũ dilectus. ¶Et aduerte, q̃a dixit Alanus,& Goffre.s̃.de cler.non resi.q̃a nonnulli.ꝙ licèt ibi dicatur, ꝙ quis debeat deseruire per se,& nõ per aliũ, tñ illi iuri ẜm eos est derogatũ per contrariam consuetudinẽ. Nã aliquarum ecclesiarũ habet consuetudo beneficiũ recipi,& retineri deseruiendo ꝑ vicariũ, in aliquibus habet ɔsuetudo, ꝙ beneficiatus percipiat redditus etiam sine vicario in absentiã ex iusta causa. In aliquibus habeat, quod percipiat partem,& non totum. In aliquibus autem non percipit etiã totum, nec partem. & has consuetudines dicebat seruandas saluo, ꝙ si ecclesia indigeat saltem cogetur dare vicariũ.facit, qđ habet.s̃.tit.j.c.penulti.& quod no.Ioan.And.in c.ex parte. ad fin.j̃.de cõcef. prębẽ.ibi Io.An.post Host.videtur ɔcludere, ꝙ valet consuetudo, quòd percipiat partẽ in absentia: sed nõ quòd totum: q̃a oportet, ꝙ remaneat, vnde sustẽtetur vicarius per quẽ habet deseruire, aliàs esset cõsuetudo onerosa ecclesiæ. & sic nõ valeret.s̃.de cõsue.c.j. ¶Tu potes clarius cõcludere, qđ interdũ consuetudo habet locum, ꝙ quis posset deseruire per vicariũ. & tũc clarũ vr̃, ꝙ cõsuetudo tenet ꝑ id qđ dixi in prima fallẽtia. ¶Qñq; vero cõsuetudo hẽt, ꝙ q̃s percipiat fructus etiã nõ deseruiẽdo per vicariũ.& tunc si nõ abest iusta de cã, videtur ꝙ nõ valeat cõsuetudo, velut nõ rõnabilis:& ecclesiæ onerosa ꝑ id, qđ hr̃.s̃. c.j.& c.fi.& facit, qđ no.Hosti.in d.c.cũ oẽs. hoc tñ vr̃ intelligendũ in beneficijs q̃ requrunt residẽtiã. Nã aliàs si de cõsuetudine nõ requirũt residentiam. videt̃, ꝙ possint tunc percipere fructus in absentia.facit qđ habet̃ in d.c.cũ oẽs.ad fi. tũc eñ nõ videt̃ sibi imputãdum si nõ deseruit per se, vel per aliũ in tali beneficio, ex quò non requirit residentiã. & sic satis videtur de consuetudine seruari. Interdum vero beneficiũ requirit residẽtiam.& sic est absens ex iusta cã. & cõsuetudo habet, quòd tunc recipit fructus in absentia. sed non deseruiat per vicariũ. & tũc videt̃, ꝙ talis cõsuetudo valeat ꝑ ea, q̃ habẽtur in d.c.cũ oẽs. ad fi.& qđ ibi dixi.s̃.per Alanũ,& Gof.licèt Host.aliter videt̃ sentire in d.c.cũ oẽs. vt ibi etiã tetigi. hoc tñ vr̃ limitãdũ, nisi ecclesia pateret̃ defectũ in ministris.q̃a tũc videt̃, ꝙ nõ valeret cõsuetudo, vt ꝑficiat fructus nõ deseruiẽdo per vicariũ.ar.eorum, quæ habent̃.s̃.tit.j.c.penulti. & sic põt intelligi dictũ Hosti. in d.c.cũ oẽs.& in d.c.ex parte. & tene mẽti ꝑdicta, q̃a quotidiana sunt. & Io.An.nõ bene declarat, nec ẽt.do.Ant. ¶Quinto fallit rõne dispẽsationis ꝑ ea, q̃ hñr de fil.præsby.c.proposuit.¶Sexto fallit rõne remotionis loci.j̃.de eccle.ędifi.ad audiẽtiã. ẜm Ioan. And. Sed certè vbi nõ deseruit̃ ꝑ vicariũ, sed ꝑ principalẽ rectorẽ institutũ de nouo in ecclesia nouiter cõstructa ꝑpter remotionẽ loci.vt ibi patet. ¶Septimo fallit rõne religionis. vt patet.s̃.e.de mona. & de capel.mona.c.j.lib.vj.& facit, qđ habet̃.j̃.de dona.cõsultationis.¶Octauo fallit rõne vniuersę linguæ, vel nationis.s̃.de offi.or.q̃m.Nono rõne ꝑdicationis.eo.tit.inter cætera. Decimo rõne debilitatis vel infirmitatis.j̃.de cleri.ęgro.per totũ.Vndecimo rõne ꝑegrinationis terræ sanctæ.j̃.de voto.c.fi.Duodecimo rõne absentię ex cã ꝓbationis religionis, vt absentiæ ꝓbabilis, puta studij.Ad primũ de regularibus.bñficiũ.li.vj.Ad secundũ.s̃.tit.j.relatum.& de elec.cũ ex eo.li.vj. ¶Vltimo fallit ꝑpter augmenrationẽ diuini cultus.vij.q.j.nihil. vbi tñ ꝓpriè loquit̃, qñ quis incepit officiũ, & ꝑpter impedimentũ supueniẽs non põt illud ꝑficere.q̃a põt tũc per aliũ perficere. vt ibi patet.¶Et not.bene ex ꝑdictis casibus in quibus q̃s põt deseruire ecclesiæ per aliũ. Nã sæpe fit remissio,

a ad hic no.¶In gl.priuatũ.ibi: ipso iure.& per hoc facit, q̃a verbũ priuatũ est participiũ pręteriti tẽporis. & iõ nõ vr̃ requirere sñiam, vel ministeriũ iudicis facit, qđ no.per glo.& doc.de fo.cõpe.si diligẽti. & in l.in criminali.C.de iurisd.om.iudi.¶In ea.glos.ibi: post admonitionẽ: hãc sequit̃ hic Fede.iũcta penul. solutione.de qua.j̃.in gl.tamẽ, q̃a hæc prima solutio videt̃ aliqualiter literã violare. Dat̃ secunda in ver. vel posset.s.ꝙ iste.versi.aliqñ referat̃ ad ꝓximũ dictũ de illis, q̃ ꝑ vicarios debent deseruire cũ q̃bus duri⁹ est agendũ. & istã hic tenuit Hosti.& ẽt do.Pe.& d. Flo.¶Nã referẽdo ad primũ dictũ in princi.§.obstarent iura de q̃bus in prin.gloss. q̃ exigũt monitionẽ. & sic nõ violãdo istã literã ẜm prædictũ intellectũ remanerẽt correcta.ꝑut etiã tangit glos.in ver.vel dicas. ¶Sed referendo ad secundum dictũ non essent correcta, sed remanerẽt regulariter vera:& iste casus exciperetur ab illis. & sic esset sensus literę, qđ hñs ecclesiã parochialẽ nõ annexã dẽt seruire ꝑ seipsum qđ si nõ fecerit nõ dr̃ hic de mõ ꝓcedẽdi cõtra talẽ. sed ꝓcederet tũc ꝑut hr̃ ĩ c.ex tuę.alle.ĩ gl.¶Si aũt ecclĩa ẽ annexa ꝑbẽdę vl̃ dignitati tũc dẽt d̃seruire ꝑ vicariũ ꝑpetuũ, alioq̃n erit priuat⁹ ab ipsa ecclĩa ipso iure ẽt sine alia monitiõe.& ĩ hoc erit iste cas⁹ s̃pãlis.

a In gl.priuatũ. Sup hac glos. si quæras vbi aliquid est statutũ, & pœna est adiecta in cõtrariũ venientibus, vtrũ requirat̃ monitio, antequam pœna committatur distinguè, vt hic per do.Hẽ. Bo.ĩ pri.c.

Et rō specialitatis est, ꝙ maius odiū videt̄ esse in eo cui datur libertas deseruiēdi ꝑ alium si nō deseruit. q̄ in eo q̄ dēt deseruire ꝑ seipsum. vt sic qui in vno grauat̄ in alio releuet̄.& ecōtra.arg.eorū,quæ habē-tur in l.eū qui.ff.de iureiu. & facit,qđ no.s̄.de offic. archi.cū vos. ¶In glo.ij.hæc tñ solutio glo.quā seq̄t̄
14 Host.videt̄ aliquādo literā violare,cū videat̄,ꝙ†clausula in fine posita debeat referri ad oīa præcedētia si fieri pōt per id, quod hr̄ in l.talis scriptura.ff.de le.j. & s̄.de appel.inquisitionē. ¶Tertia autē solutio hic data nō vr̄ bona, quia per illam inducitur correctio iuriū,quæ est euitanda.de elect.cum expediat.in vj. ¶Not.tñ ex illo,ꝙ vbi ęquitas reperitur scripta in iure,& etiā rigor cōtrarius,qđ si rigor sequitur æquitatē tunc corrigit ipsam æquitatē, quod est notandū pro limitatione eorum,quę notantur in l.j.C.de leg. & l.placuit.C.de iud.in c.fin.s̄.de translat. ¶In ead. glos.ibi: vel quod dicit hāc penulti.sequitur hic Inno.& pro ipso facit, quod habet̄ in dicta.l.talis scriptura.de lega.j.dicit tñ illam ꝓcedere cū limitatione,de qua in prima solutione,vt statim tāgam. & secundū hoc id,quod subijcit gloss.hic respiciat tantū primū casum,& nō secundū non videtur verum. q̄a imo videtur respicere vtrūq;. Hosti.tñ dicebat totū econtra ad glo.videlicet, ꝙ respicit secundū casum, & non primū.vt etiā voluit glo.s̄.in secunda solutione.vt superius tetigi.Et ex prędictis patet,ꝙ tres sunt principales intellectus in isto.§.seu in isto ver.¶Aliquando vnus est,ꝙ solū referatur ad primū casum.§. ¶Secūdus est,ꝙ referatur ad secundū tantū. Tertius est,qđ ad vtrūq;. ¶Primus etiā subdiuidit̄, q̄a vnus est,quod referat̄ ad primū casum tm̄. sed requiratur monitio.alius,qđ referatur ad primum casum tm̄: & nō requirat̄ monitio.Sed Inno.hic videtur sequi,qđ referatur ad vtrunq; casum.dicit tamen, quod req̄ritur monitionem præcedere ex eo, quia pœna venit imponenda ex facto negatiuo.vnde concludit notabilem doctrinam quæ sæpe allegatur,videlicet,ꝙ licèt vbi pœna venit imponenda ex facto affirmatiuo. vel imponitur ipso iure ibi non exigatur alia monitio ad finē,vt pœna imponatur.vt in c.de multa.s̄.e. vbi imponitur pœna si quis recipiat secundum curatum.& in c.si q̄s suadēte.xvj.q.iiij.vbi si q̄s percutit clericū incurrit pœnā excōicationis,tñ vbi venit imponēda pœna ex facto negatiuo, ibi semper requirit̄ monitio.mouetur, quia facta affirmatiua de se patēt & de eis constare pōt iudici absq; monitione. facit, quod habetur.s̄.de transla.præla.quanto. quæ ratio etiam cessare videtur in facto negatiuo. q̄a illud nō sic patet velut nō habens certos terminos a natura. facit,quod habetur.s̄.de elec.bonæ.el j.& s̄.de ꝓba. qn̄ contra.in princip. Et ideo ad hoc,vt iudici tanq̄ iudici constare possit de facto negatiuo requiritur,ꝙ præcedat monitio, cum non facta videatur latere, sed facta magis patent.& prædicta inquantū dixi requiri monitionem,qn̄ pœna venit imponenda ex facto negatiuo limitat.Io.An.ꝓcedere vbi circa factū negatiuū esset a iure aliquis termin⁹ appositus. quia tunc talis terminus interpellaret pro hoīe per id,qđ habetur in c.licèt canō.de elec.in vj.& facit, qđ habetur.j̄.de locato.potuit.& C.de cōtrahen. vel com
15 mit.stipulatione.in l.optimā. ¶†Et pro p̄dictis etiā facit, quia pœna quæ venit cōmittenda ex facto negatiuo venit cōmittenda ex mora ipsius non facti.Et ideo,siue sit pœna hominis, siue iuris, videt̄, ꝙ req̄rat̄,qđ interueniat hoīs monitio:aut monitio iuris q̄ subrogat loco monitiōis hoīs.& sic alia tūc nō exigit sm̄ Vincē.vr̄ velle Inn.ꝙ debeat procedere monitio cōgruo loco,& tp̄e,& ꝙ certus terminus statuatur, & ꝙ postea labatur, & etiam ex æquitate aliquantulū,& postea expectetur. ¶Do.Anto.hic transit cum theorica Inn. inquantū facit differentiā inter pœnā cōmittendā ex facto negatiuo, & ex facto affirmatiuo.& similiter d.Pe.dicit,tñ cogita tu iurista,an theorica Inno.procedat sic indistinctè.do. Flo.non videt̄ hic tenere indistinctè theoricam Innocen. Vnde dicit,ꝙ distinctio prædicta inter facta negatiua, & affirmatiua debet intelligi in his in quibus non committitur mora, nisi aliquo facto interueniente,puta interpellatione.allegat, quod habetur in l.si ex legati causa.cū l.seq.ff.de verb.obli.exemplū ponit si aliq̄d teneor tibi ex stipulatione,vel legato. Nam tunc,vt constituat in mora requiritur,ꝙ me interpellas. Sed in dispositionibus iuris cōmunis.vel municipalibus, seu statutarijs coipo,ꝙ constitutio incipit ligare non requiritur alia interpellatio, allegat quod habetur. s̄.de constitu.c.ij.cū ibi not. per hoc dicit esse verius illud, quod dixi superius post eū videlicet, ꝙ hic sit priuatus ipso iure ecclesia annexa si non deseruit ꝑ vicariū. Nam videtur secundū eū apposita,vt statim cū est assecutus præbendam, cui ecclesia est annexa faciat in tali ecclesia deseruire per vicarium. & sic si non facit est ipso iure priuatus. Nam hoc si facit debet per allegantem probari.ar.eorum,quę habentur in l.quicūq;.§.fi.ff.de publ.& s̄.de offi.dele.cū in iure.& aduerte, quia istud vltimū dictū potest dupliciter intelligi, vno modo ꝙ si q̄s allegat se deseruisse ꝑ vicariū. & petat hæc declarari debebit hoc probare, & ad hoc bene facit.l.quicunq;.§.fin.præalleg. vbi allegans solēnitatem aliquā interuenisse in contractu debet eā probare. ꝙ procedat in solennitate extrinseca,vt ibi no.Et plenè in l.sciendū. de ver.obli. pōt ēt secūdo intelligi, ꝙ si aliq̄s dicat aliquē priuatū ex eo, quia non deseruiuit per vicarium in ecclesia annexa bñficio,ꝙ debet hoc probare. & pro hoc facit,quod not.per Inno.j̄.de accu.super his. vbi concludit,ꝙ allegans aliquē incurrisse pœnā ex facto negatiuo debet hoc ꝓbare. & pro vtroq; intellectu facit,q̄a fundans intentionem suam, siue ex facto affirmatiuo, siue ex facto negatiuo debet illam probare. vt etiā voluit Bart.in l.in illa.& l.hoc iure.ff.de ver. obl.quod est intelligendū sanè sm̄ nota. per Bart.in in d.l.hoc iure.nisi agenti ex facto negatiuo fieri debuisset implementū. facit,quod habetur in l.j.C.de proba.& quod nota. Cy.in l.ij.C.de iure emphy.Primus tamē intellectus fortè magis fuit de mente do. Floria.qui in effectu,vt patet ex p̄dictis voluit,ꝙ sine aliqua monitione,si aliquis non deseruit per vicariū in ecclesia annexa statim cū illā est assecutus, ꝙ illa ipso iure priuatur.nō tamē, ꝙ collator poterit cōferre illam eo nō vocato per ea, quæ habentur.s̄.eo.de multa.§.his quoq;.& j̄.eo.licèt Eps.lib.vj.dicit tñ,ꝙ est tutum, qđ primus declaretur priuatus ꝓpter superius dictum.& si talis declaratio fieret: dicit,quòd oportebit ipsum citare per id,qđ no.gl.in cle.presenti.de censi.in versi.cōstiterit. vbi glo.notabiliter cōcludit,ꝙ si quis debet declarari incidisse in aliquam pœnā promulgatā a iure propter aliquem excessum etiā consistentē in faciendo expedit partē citari.licèt sm̄ eū verba Inn.inter alios videant̄ innuere: intellige saltē, qn̄ ꝑ excessum in faciendo incurrit pœnā. sed ipse dicit,ꝙ verius est,ꝙ declaratio facta perte est nulla.alle.qđ hr̄.s̄.de consti.eccle. & q̄a multę defensiones possunt subesse,q̄ nō dēt offerre.alle.de re iudi.in cle.pastoralis. & qđ hr̄ in d.c.licèt Episcopus.& qđ no.Guil.in d.cle.præsenti.vbi cōcludit,ꝙ etiam

etiam si factum sit notorium tamen pars est vocāda: quia sępe multa dicuntur notoria quæ non sunt. facit,quod habetur.s.de appel.consuluit.& quod not. gl.de iureiur.ad nostrā.el.iij.& prædicta dicit potius locum habere si debeat declarari, qđ quis inciderit in pęnam statuti.vt s.requiratur citatio:q̄a si hoc procedit in pœna iuris cōis potius in pœna statuti:& sic si dicat̄ quare valet collatio etiam parte non citata. vt patet in d.c.licèt Eps.& dictum est.s. & tñ declaratio supradicta non valet facta parte non citata. Respondet,ꝙ ratio diuersitatis est, quia collatio non fit tanq̃ a iudice,nec incidentaliter: sed potius tāquam a parte extraiudicialiter,sed declaratio p̄dicta fit tanq̃ a iudice.& pro hoc etiam, quia licèt quis a sententia canonis non appellet,tñ a sententia iudicis declarantis quem incidisse pœnam canonis potest appellari.vt est gl.vald.not.in c.cupientes.§. ꝙ si.xx. in gl.q̃ incipit.& pertinet.de elec.lib.vj.& sic residet do.Flo. in effectu quantū ad intellectum.tex. videtur tenere opinio.Hostien.si vt referatur solum ad proximū dictum,vt correctio euitetur iuriū.& istam opinionem dicitur hic per do.Ant.esse sequēdam. & etiam vult d.Flo.ꝙ ipso iure priuetur sine alia citatione,vel monitione. Sed in primo casu veniat priuandus per sententiam, & post monitionem scđm formā.c. ex tuæ. de cle.non resi.Et videtur ēt do. Flo.reprobare theoricam Inn.inquantum facit differentiam,an pęna veniat committenda ex facto affirmatiuo.an ex negatiuo,si agatur de dispositione iuris. & sic de pęna committenda ex iuris dispositione,siue sit ius commune siue ius municipale.¶ Sed aduerte,quia s̄m theoricā Inn.transit hic Io.And.& do.Ant.& do.Pe.Et pro illa facit,quia quando procedit dispositio affirmatiua, & pœna veniat committenda ex facto negatiuo, vr̄ ꝙ ita demū cōmittatur pęna si processerit interpellatio,per ea quæ habentur in l. si pœnam.ff.q̄n dies le. ced.¶Et no.gl.in l.ita stipulatus.in prin.ff.de verbo. obl.& sequitur ibi Dy.& Bar.in vj.q.licèt aliter sensit gl.in d.l.ita stipulatus.in verbo,sed Dy. Et licèt dicta iura videntur loqui in dispositione hominis in vltima voluntate,vel contractu.tamen videtur,ꝙ idem sit dicendum in dispositione iuris, cum eadem rō videatur.& quia licitè videtur argumentatio ex dispositione vltimæ voluntatis cōtractus ad dispositionem iuris subsistente eadem ratione,per ea,quæ habētur. in l.fi.C.de fideius.& in l.j.C.commu.de leg. & in §. disponat.& in auth.de nup.colla.iiij. & pro hoc etiā, quia durius consueuit agi cum homine q̃ cum lege. l.celsus.ff.de arbit.¶Si ergo in dispositione hominis vbi dispositio affirmatiua præcedit, & sequitur dispositio pœnalis negatiua requiritur interpellatio. vt patet in iuribus præallegatis.ergo fortius debet requiri monitio in dispositione iuris,quādo procedit dispositio affirmatiua , & pęna venit committenda ex facto negatiuo.sicut contingit hic,quia ex dispositione iuris tenetur deseruire per vicarium. & si non deseruiat incurrit pęnam hic positam.Videtur tamen, ꝙ si a tēpore vacationis transierint sex menses, quòd isto casu sine alia monitione esset priuatus,quia tale tempus interpellat pro homine. per ea , quæ habentur.j. de conces.pręben.c.ij.& in c.potuit.de locato.& facit etiam,quod habetur in c.licèt canon.de ele.in vj. & quod dixi superius post Io.An.Sed ante dictum tēpus non videtur priuari ipso iure, nisi pręcedat monitio.vt voluit Inn.& similiter vr̄, ꝙ hodie per istum tex. si habens residere in ecclesia parochiali non annexa alteri bn̄ficio non resideat,ꝙ non incurrat pęnā priuationis ipso iure,nisi monitus fuerit, vt resideat, & contempserit monitionem. vt hic probatur s̄m penultimum intellectū:videlicet,ꝙ iste versi. alioquin. referatur ad primum,& scđm casum,ꝙ vr̄ sequi Inn. vt superius tetigi.¶ Sed iuxta prędicta p̄t esse dubiū, an in casu quo ecclesia sit annexa,& monitus nō deseruiat per vicarium,an priuatus erit perpetuo dicta ecclesia,an vero solum pro illa vice:& an etiam inducatur priuatio perpetua, ita qđ amplius non censeat̄ annexa præbendę.conclude. ꝙ nō inducitur talis priuatio scđm Io.And. ꝙ omnino desinat talis ecclesia esse annexa præbendę.quia delictum prælati non debet nocere ecclesiæ.de reg.iur.delictum.libr.vj. Ipse aūt non deseruiens nedum erit priuatus in illa vacatione:sed etiam perpetuo donec viuet per istum tex. & facit,quod habetur in ca.fi. de capitulis contradi. de vsi.feu.& per hoc patet,ꝙ si ipso priuato dicta ecclesia parochialis conferatur alteri. & ille postea moriatur,vel renunciat.& sic iterato vacet non habebit ius pręsentandi aliū vicarium.sed poterit ordinarius libere illam conferre.Si aūt ipse haberet p̄bendā quę ecclesię est annexa, & cui sit illa ecclesia annexa priuatus moriat̄,vel aliter vacet ipsa præbenda,& alius subroget̄ in dicta præbēda:tunc pōt esse dubium,an iste recuperabit ius in ipsa ecclesia annexa.& concludit Io.An.post Inn.ab Host.ꝙ si cōtingat mori rectorem institutum in ipsa ecclesia parochiali recuperabit iste subrogatus in p̄benda ius in ipsa ecclesia , q̄a p̄benda non fuit ex toto priuata,nec dissoluta unio. unde delictum ipsius prębendati non habeat nocere ipsi p̄bendæ.ut superius dixi. sed solū ipsi præbendato qui fuit negligens, & priuatus ꝓpter eius negligētiā.Et ideo poterit nouus canonicus subrogatus loco ipsius præbendati per mortem ipsius prębendati,uel per ipsius renuntiationē recuperare iura ecclesiæ,annexæ præbendæ. Et ideo poterit ēt pręsentare rectorem,seu uicarium ad ipsam ecclesiam annexam uacātem per mortem sacerdotis instituti in ecclesia ꝓpter negligentiam p̄bēdati p̄mortui. & sic ēt recuperabit emolumentū.quia poterit percipere redditus ecclesiæ assignata congrua portione uicario. si autē uiuente rectore instituto in ecclesia propter negligentiam ipsius præbendati moriatur ipse p̄bendatus,& creet̄ nouus canonicus in præbenda: tunc talis rector,siue Vicarius,an remouebitur.Inn.uidetur aliqualiter innuere,ꝙ sic inquantum dicit,ꝙ præbendarius priuat̄ in uita sua.& sic ur̄ innuere, ꝙ post mortē non duret priuatio. sed Host.tenuit contrarium.& sequitur Io. An.& do.Ant. & cōiter do. ex eo,quia legitimè fuit institutus in ecclesia talis rector. ergo non debet remoueri.j.de reg.iur.factum legitimè.lib.vj. & q̄a debet esse perpetuus,ut hic patet. & sic nouus canonicus erit priuatus iure suo sine sua culpa:sed non sine causa.facit j.de reg.iur.sine culpa.& s.ut lit.non contest.§.si autem.Dicit tamen do.Ant.ꝙ satis putet,qđ ipse nouus canonicus recuperabit prouentus qui ꝑcipiuntur de ecclesia annexa ultra congruā portionem uicario assignatam.Nam scđm eū ēt residuū uiuente canonico qui neglexit nō cedat lucro Vicarij uel superioris.sed ecclesiæ annexæ donec ille canonicus negligens uiuat,& non ultra.arg.eorū.q̃ hn̄r.s. eo.de multa.uer.& si ultra.& idem uoluit etiā hic d. Pe.do.ēt Flor.dicit,ꝙ iste institutus in ecclesia recognoscet institutū de nouo in p̄benda quò ad emolumēta q̃ debebantur p̄bendato.& sic satis uideret̄ cōcordare cū prædictis,& ꝓ eo, quod dixi q̃ dum ipse præbendatus negligens uiuit perpetuo remanet ipse priuatus.alleg.do.Flor. quia ista pęna imponitur ꝑ crimen ipsius præbendati ꝯtemnentis canonē istum. ideo

ideo debet eſſe perpetua pęna.alleg. ꝙ habetur.ſ.de conſti.in c.ex literis.Et ex prædictis dicit, ꝙ viuente iſto qui neglexit tractabit eccleſia tanq̃ non annexa. & hoc vult litera ſcd'm eũ dũ dicit libere alij conferendo,exponendo libere ac ſi non eſſet annexa.licèt alibi aliter exponaẽ hoc verbũ libere.ſ.eo.de multa.§.is.quoq;.& per prædicta etiam dicitur,ꝙ is q. primo inſtituitur in eccleſia propter priuationẽ, de qua hic cẽſebitur ſemper rector parochialis donec viuet adeo, qđ ſcd'm eum ẽt mortuo canonico negligente inſtitutus in eccl'ia non vocabiẽ Vicarius inſtituti ſucceſſoris in præbenda,per ea,quæ habenẽ in dicta reg. factũ legitimè.de reg.iur.¶ Sed aduerte,quia aliqualiter facit in contrarium inquantũ ipſe dicit ſuperius ꝙ inſtitutus in eccleſia recognoſcet de nouo in ꝑbenda,quò ad emolumenta quæ debebantur præbendato.Sed potes dicere,ꝙ cum hoc ſtat,qđ nihilominus vocatur rector & nõ Vicarius.& ſic dicta ſua poſſunt

16 concordari.¶†Item aduerte, ꝙ mortuo canonico q. deputauit vicariũ perpetuũ,ſeu preſentauit,& fuit inſtitutus per Epiſcopũ non expirabit officiũ illius Vicarij,qđ ſatis patet per iſtum tex. qui dicit illũ eſſe ꝑpetuum.nec ob.quod hẽ.in c.j.de offi. vica.in vj. vbi videtur,ꝙ poteſtas Vicarij finiatur finita poteſtate ipſius cuius vices gerit: quia illud procedit in Vicario temporali, & voluntario quem quis propter occupationem,vel alia ſimili de cauſa ſibi conſtituit. ſed nõ procedit in Vicario neceſſario,& perpetuo qui recipit autoritatem a ſuperiore,& non ſimpl'r ab illo cuius vices gerit.vt hic patet,ꝙ no.ꝓ declaratione,& limitatione dicti.c.j.¶Item aduerte, q̃a contra id, qđ dixi.ſ.videlicet,ꝙ priuaẽ toto tẽpore vite ſuæ, & nõ in illa vacatione tñ,videtur obſtare,ꝙ habetur in c.ij. de ſupplen.negli.præla.& ĩ.de conceſ.præbend.in c.

17 nulla.vbi vẽ,ꝙ † ille qui negligit conferre bñficium, vel preſentare ad illud priuatur ſolum illa vacatione & in alia poſtea recuperat ius ſuum.Sed rñde,ꝙ qñque quis habet ꝓprietatem beneficij, & tenetur præſentare vicarium:& tunc propter negligẽtiam priuaẽ ipſo iure perpetuo donec viuit, & poteſtas deuoluitur ad ſuperiorem,vt hic patet. ¶Sed qñq; quis non habet proprietatẽ beneficij.ſed tantum ꝑſentationẽ, vel collationem.& tunc, aut nullo modo fauet delicto,ſed ſolũ negligens fuit. & tunc illa vice tñ priuabitur ꝓpter negligentiam.In ſecunda vice recuperabit ius ſuum.¶Qñq; vero nedum fuit negligens,ſed ẽt fauet ſaltem tacitè delicto illius q. de facto tenuit beneficium ipſum non remouendo cũ poſſet.& tunc habet locum pęna de quo.ſ.e.de multa.ver. his quoque.¶Et aduerte, q̃a licèt.ſ.tetigerim de intellectu iſtius ver.alioquin.an referaẽ ad primũ caſum, an ad ſcd'm,an vero ad vtrumq;, & an corriganẽ iura antiqua,tñ ſatis vẽ poſſe dici,ꝙ referatur ad utrumque caſum iſtius.§.qui vero ſimpliciter loquaẽ, & inducaẽ, ꝙ vbi olim veniebat priuandus per ſententiã ſcd'm, ea,quæ not. & q̃ dixi in c.tuæ.de cle.non reſi.Hodie erit priuatus ipſo iure per iſtum text. vẽ tamen poſſe dici,ꝙ quò ad hoc,vt ſurgat pęna priuationis requirantur monitiones quę olim requirebanẽ,& ſic ꝓcedi debeat ſcd'm formã quã dixi in d.c. ex tuæ. & iſte intellectus vẽ ſatis æquus,& rationabilis.¶ Itẽ attende,q̃a poteſt opponi,ꝙ redditus canonicorũ non debeant augeri de redditibus capellarũ per ea,quæ habenẽ hic in §.fi.¶Sed ſolue, ꝙ ibi fiebat in fraudem. hic bona fide ex cã rationabili.vel dicaẽ, ꝙ annectendo,& vniendo licitũ eſt augmẽtare. & ita hic allegaẽ

18 non vt in ꝯrio. ¶†Sed iuxta prędicta põt dubitari,an Epſ decimas,vel partẽ decimarũ mẽſę ſuę poſſit aſſignare curato egenti,vt poſſit ſe ſuſtẽtare,ſeu eccleſiæ ipſius curati ſine violatione iuri præſtiti per ipſum in ſua promotione de nõ alienandis rebus eccleſiæ. cõcludit Io.An.ꝙ ſic,quia iſta eſt alienatio neceſſaria & non voluntaria.Ideo intelligitur ꝓmiſſum.allegat, ꝙ habetur in c.fi.de eccle.edi.ĩ.e.& in c.ij. de decimis. libr.vj.¶ Item quia non dicitur alienare transferens fructus in ſuorũ vſus.ff. de leg.ij.l. vnum ex familia. nã clerici oẽs de dięceſi poſſunt dici de ſuis in quãtũ participant ſecum de onere, ſeu dięce.q̃.quis ꝓpriè dicatur ſolum coniunctus canonicis ſuis.ĩ.de teſta.requiſiſti.¶ An aũt in quolibet beneficio quis tenetur ad reſidentiã.dicendũ eſt ꝙ ſic de iure cõi, ſiue ſit curatum, ſiue ꝑbenda ſiue etiã aliud beneficium parui valoris.ſ.ti.j.conquerente.¶Dicit tñ do.Ant. ꝙ imo ad pœnam huius capituli non eſt fienda extenſio ad alios caſus,facit,ꝙ habetur.ĩ.de regu.iur.hodie.lib. vj.& quod nota.de elect.licèt canon.eodem libro.

SVMMARIVM.

1 *Decimas,aut eccleſias de manibus laicorum recipere non debent religioſi ſine conſenſu.*
2 *Excommunicatos,vel nominatim interdictos admittere ad diuina nõ bent religioſi.*
3 *Religioſi quale ius habeant in eccleſijs non pleno iure ſubiectis.*
4 *Noti dicuntur oriundi de loco,& ibidem conuerſantes.*
5 *Eccleſia,quando dicatur pleno iure ſubiecta.*
6 *Nominatim interdicti qui dicantur.*

a IN lateranenſi. Regulares a eccleſias, vl' decimas a laicis ſine dięceſanorũ ꝯſenſu recipere nõ dẽnt,nec excõicatos, vel interdictos, admittere ad diuina & in eccl'ijs quò ad tꝑalia eis ſubiectis inſtituere, vel deſtituere rectores non debent. ſed præſentare dẽnt dięceſanis ad illas viros idoneos.h.d.Et primo tenorem lateranen. concilij recitat.Secundo id approbat,& renouat. Tertio addendo declarat.¶Scd'a pars ibi:ſtatuentes.¶Ter-

1 tia ibi.ſanè.¶†Not.primo, ꝙ religioſis non eſt licitũ recipere decimas,aut eccleſias de manibus laicorũ ſine conſenſu Epi.& ſic a contrario ſenſu vẽ,ꝙ de cõſenſu Epi ſit licitũ,qđ eſt intelligendum ſcd'm ea, q̃ habentur in c.cũ Apoſtolica.ĩ. de his quæ fiunt a ꝑla.& ĩ.de iure patro.quod ãt.& e.ti.c.j.li.vj.¶ Quid aũt ſi religioſi ſuccedant laicis ab inteſtato,vel ex teſtamento ex perſona ſui monachi.facit ꝙ habetur in l.deo nobis.C.de Epi.& cle.& ĩ. de priui.cum olim. el ij.an tunc habebit locum,qđ hic dẽ.do. Pet.hic vẽ innuere,qđ non,per ea,quę no.per Bar.in l.ſi ita q.s. §.ea.l.ff.de ver.ob.& in l.ex hoc edicto.§.alienare.ff. de alie.iudi. vbi permittitur ex vltima voluntate alienatio quæ aliàs non permitteret, an aũt hoc ſimpliciter procederet pendet ex his, quæ dicenẽ in dicto.c.

4 de regu.iur.in alternatiuis.in vj. ¶†No.qñ cā cōmittitur simpl̄r duobus sine additione alicuius clausulæ, nō pōt vnus ꝓcedere sine alio, vt hic ꝓbatur a contrario sensu, & hr̄.s̄.de offi.de casu monasterij, & in c.prudētiā.in prin.secus qñ additur clausula de qua in litera, in ver.adijcentes. Quid autē, si simpliciter fuit cōpromissum in aliquos arbitros.An aliquo casu poterit vnus, vel duo ex tribus procedere.recurre
5 ad ea quæ hn̄r in cap.ij.de arbi.in vj.¶†Quid autē, si plures fuerunt dati simpliciter executores in testō, an sit necesse, ꝙ omniū cōsensus interueniat in exequēdo.recurre ad c.fi.de testa.in vj.quid etiā in pluribus datis administrationibus ad idē, an vnus sine alio pōt autoritates p̄stare.recurre ad.l.fi.C.de auto. p̄stā.Quid autē in duobus procuratoribus datis simpliciter.recurre ad c.si duo.de procura.in vj. & ad id
6 qđ hr̄ in l.pluribus.ff.de proc. ¶†No.ꝙ delegatus Papæ vr̄ habere ptātē exequēdi sñiam suā, vt in c.significasti.& in c.quærenti.ij.s̄.de offi.deleg. Quid aūt in delegato inferiori a Papa.no. ꝑ gl.& doc.in c.si quis cōtra clericum.s̄.de fo.compe.& de materia ꝑ Bart. in l.a diuo Pio.in prin.& §.j.ff.de re iud.¶Item no.ꝙ vbi ex natura materiæ in libello deductę ius agendi cōpetit alternatiuę, si sñia fert̄ pręcisè in altero alternatiuorū sñia est ipso iure nulla tanq̃ iuri contraria, & velut cōtinens expressum iuris errorē, facit, qđ ha-
7 bet̄ in c.j.s̄.de re iudi.& sic not.ꝙ † vbi obligatio est alternatiua, nō dēt iudex auferre electionē parti sententiādo præcisè suꝑ altero alternatiuorū, facit.l.vbi autē.§.qui illud.ff.de ver.obl.& in l.vt quid certarū.
8 eo.tit.¶†Item no.ꝙ attentata vi sñiæ nullæ rescindi debēt iudicis officio pronūtiantis super nullitate, & ideo si possessio virtute sñiæ nullæ fuerat parti ablata, debebit restitui officio iudicis suꝑ nullitate sentē-
9 tiantis.facit c.cōquerēte.s̄.de rest.spo.¶†Not.ꝙ vbi sñia detegit̄ nulla prætextu certę causæ, seu ex certa cā non obstat agenti, si postea ob.ex alia via, vt in l. cōquerebatur.ff.de re iudi.& in l.an eadē.ff.de exceptione rei iudicatę.Et no.etiā ex prędictis, quòd vbi sñia pronuntiatur nulla, iudex pōt reseruare ius parti cōpetens ex alia causa, quæ hr̄ in superius allegatis.& facit.c.pe.s̄.de exceptioni. & s̄.de iudi.exami-
10 nata. ¶†No.secundum do.Pe.ꝙ sic dicit se audiuisse sępius Bal.allegantē istā decre.ꝙ excep. ineptitudinis libelli pōt opponi ēt post sñiam. Nam hęc petitio fuit inepta ex eo, q̃a pręcisè fuerat petitum rem restitui, cū id nō eēt in obligatione, sed alternatiuę.s. rem restitui restituto pretio, vel iustum pretium suppleri.& ideo petitio fuit inepta per quā petebat̄ solā rem restitui. & ideo post talem sentētiā corā iudice appellationis, vel nullitatis, potuit etiā de ineptitudine, vel nullitate proponi.Nā etiam, vt dicebat Abbas, qñ obligatio est alternatiua, si alterum tm̄ p̄cisè petatur, videtur quis plus tamen petere.s̄.de plus petiti.c.j.& insti.de ac.§.si quis, & sentētia super inepto libello sit nulla, vt satis patet hic, & insti.de obli.cir-
11 ca principiū.¶†No.ꝙ iudex cognoscens de nullitate non vr̄ posse sñiam reformare ex alia cā, dū tñ iudex causæ

dex causæ appellationis id vr̃ posse.facit, qđ hr̃ in l. Titianus.ff.ꝙ cum e.& ĩ.de test.Raynutius.& c.Raynaldus ad finem,Bar.tñ vr̃ vtrobiq; velle idẽ esse dicendũ,& qđ iudex etiam nullitatis reformare sñiam ex alia cã posset.l.si expressum.ff.de app.& in l.si vt proponis.eo.li.C.quomodo,& qñ iudex.do.Pet.hic notabiliter dicit, ꝙ qñ nullitas surgit ex fundamẽto, ñ esset vitiũ,vt q̃a petitio fuisset apta,& sic libell⁹ aptus,licèt ex aliqua causa processus fuerit nullus, vel sñia nulla,vt quia lata sñia die feriata, vel processus factus die feriata,tunc posset iudex reformare sñiã si hoc fuerit petitũ,ex quo pōt cōformari petitioni appte a principio ꝓposite: & ita intelligatur,qđ notauit Bar.in d.l.si expressim.& in d.l.si,vt proponis,ꝙ tenemeti pro limitatione.d.Bart.¶ Ex hoc patet quare hic Papa non reformauit sñiam,q̃a a principio peti-
12 tio fuit inepta. vel pōt notare ſm do.Anton.ꝙ † sñia lata ex causa nō legitima expressa in sñia non valet, licèt ex alia causa non expressa potuisset iuuari. all. qđ habet.s̃.de conces.p̃ben.ex parte.& c.dilectus. & qđ hr̃ eo.ti.cum sup̃.posset tamen dici, ꝙ hic non poterat iuuari ex alia causa ex eo,q̃a petitio fuit inepta, & sic non potuit sñia valida proferri super dicta petitione. q̃a si feratur ſm formam petitionis vr̃ esse iuri contraria, & petitioni.Si aũt feratur alio mō nō vr̃ valere,q̃a ferret super non petito contra ea, q̃ hñr in l.fi.C.q̃bus ad lib.procla.non licèt.& in c.licèt heli.ĩ.de simo.& in l.in fundum.ff.cōi diui.¶In gl.j.in fi.adde,qđ tangit gl.j.in verbo reddenda.& qđ dicet super ea.¶In gl.ij.in fi.& facit ad prædicta, qđ habetur in c.ad aures.s̃.de re.eccle.non alie.cum ibi no. ¶In gl.reddendam.ibi in fi. vel potest dicere ſm In. ꝙ non constitit Papæ. quia venditio fuit facta ignorãte capitulo,nec aliqua probatio super hoc fuit facta. licèt hoc fuerit allegatum. sed solum fuit facta probatio super deceptione iusti pretij.& ideo Papa solũ sup̃ illa pronuntiauit: & sup̃ alia reseruauit ius parti.¶In gl.fi.ibi.cũ dolus,&c.quasi velit gl.quòd quædã est deceptio re ipsa etiam absq; dolo, vt qñ res vẽditur minus dimidia iusti pretij. & de ista satis Papa exp̃ssit in sñia.q̃dã est deceptio q̃ fit p̃ dolũ,& de ista Papa reseruat ius monachis.& dũ dr̃,& alia cã rōnabili.gl.non declarat quid importat litera ibi.Io.And. dicit, ꝙ sub alia cã rōnabili pōt cōprehendi.si fortè alleget alienationẽ fuisse factã sine consensu Epi. facit,qđ hr̃ in c.sine exceptione.12.q.ij. & in c.Abbatibus.eo.c.& q.¶Item pōt comprehendi ſcđm eum enormis deceptio.facit, qđ hr̃ in c. cum ex literis.de restit.in inte.Sed tunc vr̃ hoc intelligendũ, qñ esset deceptio vltra dimidiã iusti pretij.nã, qñ est vltra di-
13 midiã satis dictum erat.s̃.in litera.¶†In ea.gl. ibi.§. si venditor.Nota.bñ ex glo.ꝙ interdũ dolus dat cãm contractui.interdũ incidit in cōtractum, & ponebat Ioan.An.exemplum,qñ dolus dat cãm cōtractui, vt quia fortè aliq̃s habebat pulcherimum corpus iuris. & emptor volens emere dolosè suasit compilationẽ esse mutatã,qua publicata modicũ valuissent libri q̃ ante illã fuissent.& hoc induxit ad vẽdendũ illũ qui aliàs nō erat venditurus libros,seu ipsum corpus iuris.dr̃ aũt incidere in contractu,qñ quis aliàs erat vẽditurus, sed non vendidisset pro illo pretio ꝓ quo vẽdidit,nisi ad hoc fuisset inductus dolo emptoris, puta, q̃a fortè aliquis habebat aliquam mercantiã venalẽ,& fuit sibi suasum vẽdere, q̃a ipse habebat lr̃as qđ multe similes mercantiæ debebant portari ad locum,propter,ꝙ illud.v.valeret, & nō valebat postea quinq;, & ꝓpter hoc dolosè induxit cũ non esset verum, ꝙ allegabat ad vendendũ minori prætio quàm aliàs fuisset venditurus.facit, qđ hr̃ in l.itẽ si pretiũ. §.si.ff.locati vbi gl.vr̃ velle eoipso,ꝙ qui per mendacium aliquid asserit videat̃ in dolo.& no.ex gl.ꝙ vbi dolus dat cãm contractui stricti iuris, q̃a tunc est aliquis,sed pōt obijci exceptio ꝯtra agẽtẽ ex illa. & ista est cōis opinio gl.& Doc.Vltramon.& maximè Pet. de Bel.pertica,vt refert Cy.in l.ij.C.de rescin.ven.& Barto.in l.eleganter.ff.de dolo.tenet,ꝙ etiam dolus dans cãm ꝯtractui stricti iuris,mouet̃,q̃a ſcđm eũ nō vr̃ hęc differentia bñ probari. & q̃a vbi ꝯtractus hẽt sua essentialia dẽt valere,alle.qđ hr̃ in l.iurisgentiũ. §.si ob maleficiũ.ff.de pactis ad l.eleganter q̃ vr̃ dicere vẽditionẽ esse nullã,qñ dolus dat cãm venditioni rñdet,ꝙ ibi est nulla,scilicet quantũ ad effectũ. quia obstabit exceptio ꝯtra ipsum,etiam facit.l.3.in fin.ff. pro soc.vbi dicit litera societatẽ ipso iure nullam,qñ dolus dat cãm ꝯtractui societatis. Sed ipse intelligit illud si hoc opponat̃, sicut in simili dicimus de cōpẽsatione, in l.si constat. C.de cōmpensa.Sed certè iste rñsiones violant text.p̃dictos.& ideo verior vr̃ opin. glo.q̃ pro hoc facit, ꝙ dolus dans cãm liberationi in contractu bonæfidei reddit illam nullam.l.elegãter. §.non solũ.ff.de leg.facit,qđ no.in l.de tutela.C. de rest.in inte.& ꝙ dixi.in c.j.de deposito. ergo multofortius reddit obligationẽ nullã in ꝯtractu bonęfidei, ꝓ Petro tñ facit, q̃a ꝯtractus initus p̃ metum vr̃ valere de iureiu.l.j.& 2.ff.ꝙ metus cã, & tñ ĩ metu inest dolus.l.si cũ exceptione.§.cũ qui.& l.metum.§.volenti.ff.ꝙ me.cau.¶Sed gl.in l.dolo.C.de inuti.stip. Rñdet, ꝙ aliud est in dolo aperte q̃ rescindit ipso iure.& d.l.elegãter.aliud in velato q̃ ꝯtinet̃ in metu q̃ non rescindit ipso iure,& rō diuersitatis est,q̃a in velato interuenit cōsensus in cōtrahendo,& ẽt in causa cōtrahendi.q̃a voluntas coacta,licèt sit coacta. tñ pura voluntas est.l.si mulier.§.pe.ff.ꝙ me.cã,& in c. merito.xv.q.j.& sic cōsensus, licèt non fuerit spōtaneus,secus,qñ est dolus apertus, q̃a tunc q̃s circunscribit̃ ꝯtrahit̃,& tunc vr̃ deficere cōsensus,& iō reddit̃ cōtractus habens sua essentialia. q̃a istud non est verũ in cōtractu bonæfidei: q̃a non vr̃ inesse consensus p̃p dolũ interuenientem,quem si sciret pars non cōtraheret,& sic apparet, ꝙ melior vr̃ esse opinio gl. quæ cōiter tenetur.¶Nec ob.id qđ.ĩ.dicit,videlicet, ꝙ in quolibet contractu requiritur bonafides,quia licèt illud sit verũ tñ exuberantior requiritur in cōtractu bonæfidei in §.actionum.insti.de act.& ideo facilius inficitur contractus bonęfidei,quàm stricti iuris.
14 ¶†Et no.etiam ex glo. ꝙ licet dolus contrahẽtis dãs cãm contractui bonæfidei reddit ipsum nullum, tñ secus est in dolo tertij dante cãm cōtractui.puta si sit dolus mediatoris,seu procuratoris, q̃a tunc non reddit̃ ꝯtractus nullus,& hoc voluit gl.¶ Et not. etiã ex gl.q̃a in contractibus stricti iuris,si dolus dat causam contractui solum videtur competere remedium exceptionis,non autem remedium agẽdi, ꝙ an sit verũ inferius dicetur.Et ex prædictis patere potest,ꝙ interdum in ꝯtractibus interuenit exceptio dolosa, & sic ex proposito. interdũ interuenit exceptio re ipsa absq; dolo proueniente ex proposito.¶Primo casu,aut interuenit in contractibus bonęfidei aut in ꝯ̃ctibus stricti iuris si in ꝯ̃ctibus bonæfidei,& tũc dol⁹ incidit in contractu,aut dedit causam contractui. Si incidit in ꝯ̃ctu,tunc ꝯ̃ctus nō reddit nullus. sed agit̃ actione ex eo ꝯtractu in quo q̃s decipit̃ in l.Iul.§.si uẽditor. ff.de act.em.nō aũt aget̃ actionede dolo. & sic si emptor fuerit recept⁹ ĩ p̃tio dolo vẽditoris agere poterit ex ẽpto ꝯ̃ vẽditorẽ vt sibi reddat quatenus plus iusto p̃tio soluit. & sĩr eꝯ̃ si vẽditor fuit decept⁹ ĩ p̃tio dolo em-

lo emptoris poterit agere actione ex vendito ꝯ emptorem, vt ubi ſuppleatur id, qđ eſt ad iuſtū pretiū. Si vero dolus dat cām contractui, tūc ſi fuit dolus tertij, puta proxenete, ſeu mediatoris tunc nō redditur nullus. Sed competit actio de dolo ad intereſſe contra ipſum mediatorem, ſeu proxenetam d.l. eleganter.§.Itē de dolo. Si aūt fuit dolus alterius contrahentium, tunc ſcđm veram opinionem gloſſatorū, & do. cōiter reddit contractus nullus ꝓpter talem dolū, vt eſt caſus in d.l.eleganter.non violando literam, & d. l.iij.ff.pro ſocio. & pro iſta parte facit vltra ſuperius allegata, qa ſi contractus nō eſſet nullus purgaretur contractus per actionem ex eo contractu q̄ competeret etiā contra hęredes doloſi.vt in l.ſi hominē.§.dat. ff.depoſi.& l.ex contractu.ff.de act.& ob.qđ non cōtingit in caſu propoſito ex eo, qa tunc cōpetit actio contra hęredes doloſi in eo, ꝙ non peruenit ad eos, vt hr̄ in §.alioquin.inſti.de perpe.& tēp.act.& hoc in dolo aperto, ſecus in dolo velato conſenſu ſub euentu.quia ille, vt dixi, licèt det cauſam ꝯtractui bonæfidei non reddit ipſum nullum, vt voluit gl. in d.l.dolo.C.de inut.ſtip.& eſt ratio diuerſitatis ſm̄ aliquos, quia in metu.& ſic dolo velato ineſt conſenſus, licèt coactus.d.l.ſi mulier.§.pe.ff.ꝙ me.cauſa.Sed dolus apertus vr̄ includere errorem inductum per dolū, & ſic vr̄, ꝙ ꝑ ꝑ ipſum excluditur conſenſus.l.ſi per errorem.ff.de iuriſ.om.iud.ideo nimirū ſi tunc, qñ dolus dat cām contractui bonęfidei contractus ſit nullus, ſed certè, vt dicit Bart.in d.l.eleganter.§.j.ſi iſta ratio eſſet vera, ꝙ dolus dans cām contractui induceret errorem in decepto per dolum, & per hoc excluderet̄ ipſius conſenſus, videretur ꝙ idem eſſet dicendū in cōtractu ſtricti iuris.quia etiam in tali ꝯtractu requiritur conſenſus.per id, qđ hr̄ in l.j.ff. de pact. & in l.obligationum ſubſtantia.ff. de act. & ob.ideo ipſe aliter dixit in d.l.eleganter.videlicet, ꝙ dolus dās cauſam contractui non inducitur ad ꝯtrahendum eſſe falſum non contraheret, & ſm̄ eum vr̄ quodammodo cōſentire ſub conditione.ſi vero eſt cauſa ꝑ ꝑ q̄ inducit̄ ad contrahendum, & ſic non reperitur vera, quia doloſè fuit inductus vitiat cōtractum bonæfidei de cuius natura eſt, ꝙ veniat id, qđ bonum eſt, & ęquum, licèt expreſſę aliter hoc non agatur, vt in §.actionum.inſtitu.de act.ſecus in contractu ſtricti iuris cuius natura eſt ſtricta, & non conſideratur id, qđ in ipſo cōtractu ſtricti iuris non eſt deductū.l.quicquid aſtringēdę.ff.de ver.obl.& ſic reſidet Bar.in d.l.eleganter.d. Pe.hic, ſed certè iſta ratio non vr̄ bene inferre. & diuerſitatem inter contractum bonæfidei, & ſtricti iuris, nam ſi verū eſt, ꝙ dolus dans cām contractui inducat errorem in contrahendi cauſa, & ꝙ per hoc intelligatur contrahens ſub conditione contrahere, ſi vera eſt cauſa ꝓpter quā inducitur ad contrahēdam eadem ratio vr̄ ſubeſſe etiam in cōtractibus ſtricti iuris.& ſic debetur ſieri ipſo iure annullari.¶ Cuius tñ contrarium eſt verum, vt ſuperius eſt dictum. iō potes aſſignare aliam rationē meliorem, videlicet, ꝙ in contractibus bonæfidei requiritur exuberantior bonafides.& maior, quàm in alijs, vt patet ex his, quæ habentur in d.§.actionum.ideo dolus qui opponitur bonæfidei.s̄.tit.j.c.ij.magis contrariatur naturæ contractus bonæfidei, quàm naturæ contractus ſtricti iuris.per ea quæ habentur in d.l.eleganter.in princ. & pręallegata.l.dolo.C.de inuti.ſtipu.Et aduerte, quia id, qđ dictum eſt, ꝙ dolus dans cauſam cōtractui bonæfidei reddit ipſum nullum hoc debet intelligi inq̄tum ipſe deceptus hoc velit, videlicet cōtractum eſſe nullum.Secus ſi vellet ipſum valere, quia licèt ius fauore, & odio doloſi ſit nullus, valebit tamen cōtractus.facit, qđ hr̄ in l.ſi ꝑrio.ff.de iniuſto.teſta.& not. gl.in d.l.eleganter.in principio.¶ Item intellige, ꝙ pt 15 † deceptus per dolum approbare contractū ſaluo, niſi aliàs contractus eſſet expreſſę reprobatus a iure, vt voluit gl.in l.a diuo.ff.de ritu.nu.vt hic tangit d.Flo. ¶ Item aduerte, qa predicta ꝓcedunt in actibus temporalibus.In ſpiritualibus aūt dr̄, ꝙ dolus dans cām ꝯtractui ſpūali non variat ipſum fauore ipſorū ſpūaliū.facit, qđ hr̄ in c.cum dilecti.in gl.vltra.s̄.qđ met. cauſa.vbi gl.vr̄ velle, 16 † ꝙ teneat mr̄imoniū per dolū celebratum.& idē vr̄ in mr̄imonio ſpūali. vt qñ quis ꝑ dolum inducitur ad intrandū religionē, ꝙ talis doſus videtur eſſe dolus bonus, cū inducatur ad ſeruiēdū Deo.& ad meliorē vitā, facit, qđ no.ī d.c.dilecti. ad finem.& in c.conſtituit per gl.xx.q.iij.& ī. de cōuerſi.coniuga.dudum.in glo.antepe.& quod no.per Hoſti.eo.tit.§.qualiter reſcindat̄. & hoc de deceptione doloſa in qua quidem dicendū in cōtractibus ſtricti, ſiue det cām ꝯtui dolus, ſiue incidat in ꝯtractū non vitiatur ꝯtractus, ſed venit purgādus dolus per actionē de dolo.l.dolo.præallegata. Si aūt deceptio ſit re ipſa abſq; dolo. tunc ſi eſt in dimidia iuſti pretij vel infra dimidiam, non cōpetit remediū contra talē deceptionem, cū licitum ſit cōtrahentibus re ipſa ſe decipere abſq; ad dolo, vſq; dimidiā iuſti p̄.ij incluſiue, vt hic tāgit gl.qđ intellige verum, niſi eſſet perſona priuilegiata, puta minor, vel eccleſia. quia tunc, licèt ꝯtractus teneat̄ poſſet peti reſtitutio in inte. rōne leſionis.s̄.de reſti.in inte.c.j.¶ Itē fallit in muliere fauore dotis ſi fortè ſit decepta in æſtimatione rei dotalis, ēt ſi intra dimidiā ſit decepta, qa nihilominus ei ſuccurritur ne remaneat decepta.l. iuris ſuccurſum. §.fi.& l.ſi res.§.j.& ibi no.per gl.ff.de iure dotiū, qđ tene menti.¶ Si autem deceptio ſit vltra dimidiam. tunc etiam ſi ſit in modicū, puta in vno minimo, tūc aduerſus deceptionem talem ſuccurritur per remedium l.ij.C.de reſcin.ven.de quo hic ſit mētio, & in c.pē.ī.eo.& facit, qđ no gl.in c.pen.in prima gl.ī.e. An aūt hoc locum habeat in alijs contractibus ſtricti iuris.ī.tangetur.¶ In ea.gl.ibi.vſque ad dimidiā iuſti pretij.intellige incluſiue.vt no.in c.pe.gl.& intellige etiam hoc verum nr̄.fallit in caſibus de quibus.s̄.dixi, valet in eccleſia, & minore, & muliere decepta in æſtimatione rei dotalis.¶ In ea.gl.in fi.ibi.dicitur, ꝙ ſi quis emit a procuratore meo aliquā rem aſpectare habet actionē ex empto ꝑ quā agere pōt, vt autē ſtet emptioni, aut diſcedatur ab illa.& dicit d.Flo.ꝙ iſte §.non vr̄ probare id, ad ꝙ gl.inducit, qa ibi ꝯtractus non erat oīno nullus ex eo, quia dñs poterat illi ſtare ſi uolebat.Sed poſſes dicere, ꝙ gl.uoluit dicere, ꝙ ibi cōtractus erat nullus ad præiudiciū dñi. & ideo hoc reſpectu facit pro dicta gl. ¶ Extra gl.aduerte, qa ut hic patet ex tex. notatur forma in qua fuit cōcluſum per iſtos canonicos in ſua petitione, ſeu libello. Sed apparet in petitione, ſeu libello factam narrationem fuiſſe, quòd ſylua fuit uendita monachis ignorante capitulo ꝓ.x.libris, cum ualeret.x.Marchas tempore uenditionis.¶ Vnde poteſt intelligi, ꝙ fortè cōcludendo petierunt pronuntiari uenditionem nullam, & ipſam ſyluam ſibi reſtitui. niſi fortè uoluerunt ꝓpter duplicem cauſam dicere uenditionem non tenuiſſe.quia facta ignorante capitulo, & quia uendita erat res ualens.xl.pro.x.& ſic ꝓpter deceptionem ultra dimidiā iuſti pretij.ſed in ꝓceſſu ſolū fuerūt ꝓſequuti ſm̄ cām, & illā ꝓbauit.& ꝑ ꝑ iuſtam cām expreſſam in ſnīa iudex pronuntiauit uenditionem nō tenere.& ſyluā adiudicauit canonicis, iſta tamē ſententia

tentia non valuit tanquã iuri contraria, q̃a ꝑpter deceptionem vltra dimidiã non redditur ꝯ̃tus nullus ipso iure. sed venit rescindendus, nisi suppleat̃ iustũ pretium, ideo Papa snĩam decani pronũtiauit nullã, & licèt potuisset illam confirmare si constitisset sibi de prima causa, videlicet, ꝙ ignorante capitulo fuisset vendita. tamen, ꝙ illa ibi non constabat, nec sup ista fortè fuit aliquid actitatum, iõ Papa simpliciter ꝓnuntiauit snĩam decani non valere. facit, qđ dictum fuit in gl. iij. & super ea. & qđ etiam inferius dicetur. põt etiã intelligi, ꝙ canonici concludendo simpliciter petebant rem restitui. Sed tunc ꝯtra intellectum istũ facit, qđ dr̃, ꝙ snĩa decani valuerit inq̃tum pronuntiauit rem restituẽdam canonicis, quia vbi interuenit deceptio vltra dimidiã iusti pretij vr̃ in obligatione solum esse rem restitui, & in facultate emptoris vr̃ esse potestas addendi iustum pretium, vt no. p gl. in l. ij. C. de rescin. ven. & sic vr̃, ꝙ snĩa debeat valere, cum videatur lata super eo in quo erat obligatio. Nã per hoc non admittitur per talem snĩam ptãs soluẽdi id, qđ est in facultate soluẽdi. l. miles. §. 2. ff. de re iud. vbi patet, ꝙ si seruus dat damnum alicui dominus potest condẽnari ad resarciendum damnum, & tu potes dare seruũ pro noxa. quia in obligatione est emendare dãnum: sed in facultate soluẽdi est seruum dare pro noxa in dicta. l. miles. §. x. de re iud. Solu. vt hic tangit Ioã. An. post eum super hac materia fuerunt opiniones, vna fuit Ia. de Balduinis quem sequitur Accur. in d. l. ij. & Damasius in q. j. huius tit. ꝙ sit in obligatione restitutio rei, & in facultate sit emptoris supplere iustum pretium, & per hoc dicunt, ꝙ re perempta liberatur emptor p l. si ex legati causa. ff. de ver. obl. vbi patet, ꝙ debitor speciei liberatur re perempta ante morã, & sic non tenebitur etiam supplere iustũ p̃tiũ. Alia fuit opi. quam tenuit Bart. Brix. post Tan. in q̃stione venereali. lxij. videlicet, ꝙ vtrũ sit in obligatione alternatiuè valet rem restitui, vel iustũ p̃tium suppleri. & isto casu petitio debet formari alternatiuè, ꝑ id, qđ hr̃ in l. vbi autem. §. qui illud. ff. de ver. obl. & similiter etiam snĩam ferri alternatiuè, per ea quæ hñr ibi. & ideo si tunc feratur snĩa p̃cisè in altero ex alternatiuè debitis, non valebit snĩa & istã opi. s̃m Ioã. An. & Host. vr̃ hic Alexãder autor decretalis approbare, & ideo pronuntiauit snĩa decani nullam, qui pronuntiauit præcisè rem restitui. & sic super altero alternatiuorum tñ, & scđm istã opi. non obstat contrarium, quia procedit scđm aliã opinionem quã tenuit Accur. in d. l. ij. qualiter tñ possit rñderi ad istum tex. tenendo dictam opi. ĩ. tangetur. Et per p̃dicta vr̃, ꝙ ex quõ scđm istam opinionẽ vtrũque esset in obligatione alternatiuè. s. rẽ restitui, vel iustum pretiũ suppleri. facit. ff. de ver. obl. l. si duo rei. re perempta non liberatur emptor quin teneat̃ supplere iustum pretium, ratio ꝫ q̃a vbi quis est obligatus ad duo alternatiuè, si vnum dare non põt alterum est dandũ. l. plerunq;. §. j. ff. de iure do. & l. stichum, aut Pamphilũ. in prin. ff. de sol. secus si solũ in obligatione esset res, licèt in facultatem soluendi esset pretiũ supplere, q̃a tunc perempta re liberaret̃ emptor, nec teneretur ea ad supplendum pretium, per id qđ habetur in l. Titiæ textores. §. fi. ff. de leg. j. pro ista opi. quam sequitur Accur. in d. l. ij. facit, qđ hr̃ in d. l. miles. §. x. & in l. item. §. qđ prædiximus. ff. de pe. hære. sed potes dicere, ꝙ loquuntur in diuerso casu, quando seruus dat damnum est in obl̃one, seu emẽdatione sibi ꝯdemn. sed in facultate dñi est se liberare dãdo seruum pro noxa, licèt in sententia fuerit simplr condemnatus ad dãnũ, q̃a per illam non tollitur facultas dandi seruũ ꝓ noxa q̃ durat ẽt post snĩam donec dñs conueniatur actione descendente ex snĩa, vt patet in d. §. cum p̃diximus. sed certè iste casus est diuersus ab illo. ideo nõ est absonum, qđ diuersa sit dispositio cũ de separatis, non sit fienda illatio. l. si. ff. de

17 calumnia. & ĩ. q. fi. sint le. per venerabilem. ¶ † Itẽ facit ꝓ prima opinione, q̃a libellus debet esse certus, vt no. in c. j. s̃. de libel. ob. & in c. ij. eo. ti. sed alternatio parit incertitudinẽ. l. prætor. §. qđ autẽ. ff. de iniu. ergo vr̃, qđ nõ debeat ꝯcipi alternatiuè, soluit Host. in c. pe. ĩ. eod. ꝙ ꝯ̃rium ꝓcedit, qñ reus esset obligatus ad vnũ tm̃, vel qñ fieret conditio rei deterior alternatiuè ꝓponendo, vel incertè, quia tũc libell⁹ incertus rĩr nõ admittitur, vt patet in l. j. §. qđ autẽ. ff. quorũ legatorũ. secus vbi reus est obligatus alternatiuè formari, & per ꝯñs snĩam, ꝙ debet esse conformis libello, seu petitioni p id, qđ hr̃ in prælleg. §. illud quinimo si peteret̃ alterum tm̃ alternatiuorum videretur peti plus ea. s̃. de plus peti. c. vno. & per p̃dicta dicunt hic doc. potissimè Io. An. ꝙ ideo hic Papa voluit approbare snĩam đcani. q̃a petitio fuit inepte formata securè, & simpliciter. Si aũt fuisset petitio alternatiuè formata, & constitisset Papæ de veri-

18 tate super deceptione pretij vltra dimidiam iusti pretij, tunc monachos alternatiuè condẽnasset, ex quõ petitio fuisset apte formata. nam potuisset reformare tũc snĩas facit. ĩ. de testa. Raynutius. ad finẽ. & ideo non potuit reprehendi hic Papa si nõ reformauit dato, ꝙ de veritate deceptionis sibi constitisset, ex quõ petitio fuit inepta. facit, qđ dixi ĩ notabilibus. & hoc ꝓcedit tenẽdo scđam opinionẽ de qua. s̃. dixi ꝫ videlicet, ꝙ vtrunq; sit in obl̃one alternatiue. s. rem restitui p̃tio recuperato, vel iustũ p̃tiũ suppleri. & scđm istã opi. satis patet non obstare ꝯ̃riũ. s̃. formatum. Et ex ista ẽt habes, ꝙ vbi petitio est euidenter cõtra ius, tunc snĩa lata sup tali petitione est ipso iure nulla. Si aũt vellemus tenere primã opinionẽ, videlicet, ꝙ in obligatione p̃cisè sit rẽ restitui reddito p̃tio. & in facultate soluentis sit iustũ pretium suppleri. tũc vr̃ obstare ꝯtrariũ superius formatum. Sed potes rñdere, vt hic tangit. d. Ant. ꝙ ẽt tenendo opi. p̃dictam snĩa lata per istũ decanũ de quo in litera fuit nulla ex eo, q̃a pronuntiauit venditionem nõ tenere, & sic illã fuisse nullã ꝑꝑ deceptionẽ vltra dimidiã iusti pretij, qđ nõ erat verũ de iure ex eo, q̃a licèt interuenerit in ꝯtractu deceptio vltra dimidiam iusti pretij. cõtractus tñ non est ipso iure nullus. sed bene põt agi, vt rescindatur, & res restituatur pretio reddito. vt patet ex his, q̃ hñr in l. ij. C. de rescin. ven. & hic. & ĩ. e. c. pe. & ideo ẽt scđm istam opi. decanus de quo in litera malè ꝓnuntiauit, & ꝯtra ius inq̃tum ꝓnuntiauit venditionem nõ tenere, & sic nullã esse ꝑꝑ deceptionẽ vltra dimidiã iusti pretij. & iõ nõ potuit ẽt hoc casu redargui inq̃tum pronuntiauit snĩam decani fuisse nullã. q̃ aũt dictarũ opi. sit verior. Io. An. post Host. vr̃ velle, qđ superi⁹ tetigi, ꝙ scđa opi. verior sit, & hic approbat̃. s. ꝙ utraq; sit in obligatione alternatiuè, non aut alterũ tm̃. s. præcisè rem restitui p̃tio reddito. & in facultate soluentis sit p̃tium supplere. Bar. in d. l. ij. C. de rescin. uen. uidet̃ uelle, ꝙ possit etiã sustineri prima opi. & sic, ꝙ in cõclusione libelli possit simplr peti rem restitui oblato pretio recepta. tñ dicit finaliter ꝙ magis laudat, ꝙ concludatur alternatiuè, per id, qđ hr̃ in l. j. §. si maior factus. in iiij. li. codicis. circa finẽ ipsius legis. & istud ur̃ esse tutius ꝑꝑ opiniones uitãdas. licèt gl. in d. l. sequatur opi. primã. ut s̃. dixi. ¶ Itẽ aduerte scđm do. Ange. inq̃tum teneatur, ꝙ in obl̃one sit rẽ restitui, & in facultate soluentis sit supplеri iu-

ri iustũ pretium vr̃, ꝙ istud procedat si ante sñiam q̃s velit supplere iustũ pretiũ. secus si post ex eo. quia id qđ est in facultate soluendi non vr̃ esse compassibile cũ eo, qđ est in obligatione lata sñia. q̃a sñia rescindit cõtractũ, & per istã præcipit iudex rẽ restitui. Sed soluere iustũ pretiũ supponit contractũ validũ. ideo ꝙ post sñiam possit suppleri. Sed certè istud vr̃ procedere, q̃a cõis theorica est, ꝙ vbi aliquid est in facultate soluendi põt etiam post sñiam solui, donec cõueniat actione iudicati descendente ex sñia, per ea, q̃ habẽtur in l. miles. §. decẽ. superius alle. & l. item veniunt §. cũ prædiximus. ff. de pet. hære. qua aũt actione, seu quo iure sit agendũ, qñ interuenit deceptio vltra dimidiã iusti pretij, tangitur per gl. in d. l. ij. C. de resci. ven. & ĩ. eo. §. pe. & ibi dicet̃. nã cõiter tenet̃, ꝙ cõpetat actio ex eo contractu. Sed tunc obstat huic decretali. quia ex quò isti canonici egerunt actione ex eo ꝯtũ vr̃, ꝙ approbauerint ꝯtũ. sic nõ vñr postea posse contradicere contractui ex defectu consensus, per id, qđ hr̃ in l. j. C. de sur. soluit Io. An. ꝙ isti canonici non potuerunt approbare cõtractũ sine solennitate. 12. q. 2. sicut, nec possunt ab initio ꝯtractũ facere sine illa solẽnitate, qđ tene mẽti, & facit, qđ dicet̃. ĩ. e. c. fi.

18 ¶ † Vlterius q̃a hic loquitur in ꝯtractu vẽditionis, qñ in ipso interuenit deceptio vltra dimidiã iusti pretij potest quæri. An idem sit dicendum in contractu locationis. cõiter tenetur, ꝙ sic per. l. ij ff. loca. ibi dr̃, ꝙ fere eisdẽ regulis regulatur locatio, quibus & vẽditio. ad idẽ, qđ habetur in l. item si pretio. §. fi. ff. loca. Quid aũt de cõtractu permutationis. an etiã in isto habeat locũ remediũ dictæ. l. ij. de rescin. ven. de quo etiam hic fit mentio. & in c. penul. ĩ. e. cõiter tenetur, ꝙ sic, quia eadẽ est ratio, & per ꝯñs idẽ ius, arg. c. ij. s̃. de transla. & l. illud. ff. ad l. Aquiliã & q̃a pmutatio similis est emptioni. l. fin. ff. ex quibus causis in pos. ea. & in l. ij. ff. de contrahen. emp. facit, qđ hr̃ in l. fi. ff. de re. permu. an aũt prædictũ remediũ hẽat locum in contractu feudi, vel emphyteusi. Spe. eo. ti. in §. nunc dicendũ. ver. sed circa prædicta, & sequenti tenet, ꝙ non. quia non vñr similes emptioni. facit, qđ hr̃ ĩ §. adeo. insti. locati. & in l. j. C. de iure emph. Sed do. Ant. hic dicit, qđ in contractu emphyteutico põt procedere dictũ Spe. si habeat respectus in considerãda deceptione ad verũ valorẽ iuris emphyteutici: q̃a tunc putat, ꝙ ẽt in illo contractu habebit locũ remedium dictæ. l. ij. ex identitate rationis. ar. dicti. c. ij. de transla. præla. & facit, qđ not. s̃. de re. eccle. non alie. in c. pen. satis vr̃ idẽ dicendũ, vt sic debetur deceptio considerari respectu iuris feudalis, vt si in illo reperiatur deceptus quis vltra dimidiã iusti pretij possit sibi succurri. ¶ Aduerte tñ, q̃a posset dici, ꝙ ista lex. ij. habet solũ locũ in contractibus stricti iuris, & habet locum, qđ hr̃ in l. si q̃s cũ aliter. ff. de ver. obl. de quo statim dicam, & sic cũ ꝯtractus feudi, & similiter emphyteuticus nõ numerat̃ in §. actionũ. inst. de actio. nec per gl. in c. cum venerabilis. s̃. de exceptionibus. & sic sint stricti iuris, sicut, & cõtractus stipulationis facit, qđ no. per gl. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. videtur, ꝙ propriè in eis non habet locum remediũ dictæ. l. ij. sed remedium. l. cũ aliter. Et propter prædicta põt dubitari q̃d iuris si in cõtractu bonæfidei interueniat stipulatio, vt quotidie contingit, an hẽat locũ remediũ. d. l. ij. glo. voluit, ꝙ sic. in l. si quis cũ aliter, præalle. & ẽt Bar. ibi, & hoc clarum, qñ stipulatio fuit coæqua. & sic non interposita animo nouandi. sed potius multiplicandi vinculũ prout in dubio præsumitur, nisi aliter appareat. l. duo societates. ff. ꝓ so. ideo tunc licèt stipulatio est stricti iuris interueniẽs in contractu bonæfidei nõ per hoc impedietur remediũ. d. l. ij. & plus voluit Bar. in d. l. si quis cũ aliter, ꝙ etiam si interponit stipulatio animo nouãdi ꝯtractũ bonæfidei, ꝙ nihilominus habebit remediũ. d. l. ij. q̃a priuilegiũ competens primæue actioni nouatæ intelligitur repetitũ in stipulatione nouãte, per id, qđ hr̃. in l. aliam. ff. de noua. Sed certè illud dictam non vr̃ ꝓcedere, q̃a d. l. aliã. loquitur in priuilegio ꝑlationis qđ põt intelligi repetitum in stipulatione nouãte. sed hic loquitur in priuilegio, qđ datur cõtractui bonæfidei. quod non vr̃ posse habere locũ si ipse cõtractus innominatus sit in contractu stricti iuris, qui q̃dẽ cõtractus stricti iuris non habet propriè priuilegiũ. d. l. ij.

19 ¶ † Iuxta prædicta põt quæri q̃d dicendũ in contractibus stricti iuris.[a] glo. in d. l. 2. C. de rescin. ven. & in d. l. si quis cũ aliter. videtur velle, ꝙ deceptus vltra dimidiã in contractu stricti iuris habeat solã exceptionem doli contra agentẽ, per ea quæ hñr in d. l. si q̃s cum aliter. sed non habeat actionẽ si fortè tradiderit rẽ in qua fuit deceptus, & hoc ideo, q̃a ante traditionem erat tutus doli exceptione, & sic vr̃, ꝙ post traditionem non põt repetere, per id, qđ hr̃ in l. qui exceptionẽ. ff. de condi. inde. si aliquis est tutus exceptione odiosa, & soluat, licèt per ignorantiã iuris nõ repetit, & istã opinionem tenuit Azo. in summa de rescin. ven. Bart. tenuit ꝯriũ in d. l. si quis cũ aliter. ex eo, q̃a licèt hic quis sit tutus exceptione odiosa. non tamen est odiosa odio ab ipso initio cõtracta quo casu propriè loquitur dicta lex qui exceptionẽ. s. qñ ab initio orta est exceptio odiosa. secus, qñ ex postfacto oritur, sicut hic. q̃a solum censetur dolus cõmitti tpe quo petit̃ res in qua quis est deceptus vltra dimidiã, & ideo tunc habet locũ. d. l. qui exceptionẽ. per id, ꝙ no. gl. in l. qui se debere. in gl. valde notabili. ff. de condi. ob cãm. & ideo soluens hoc casu poterit contradicere possessori, & istã retinere, donec decipiatur per id, qđ hr̃ in l. debiti. §. si nemini. ff. de cond. inde. & ideo si quis promisit animo donandi rem valentẽ x. tñ putauit solum valere quator. & cõstat poterit rẽ retinere donec sibi suppleatur iustũ pretiũ vltra quatuor. & fm hoc q̃tum ad effectũ non esset magna differentia inter remediũ d. l. si quis cum aliter. de ver. obl. qđ datur in cõtractu stricti iuris, esset tñ differentia in hoc, q̃a in contractu bonæfidei veniunt accessiones a tpe moræ. sed in contractu stricti iuris a tpe litis conte. l. cũ fundus. in principio. ff. si cer. pe. ¶ Et aduerte, q̃a dixit Bar. in d. l. si quis cũ aliter, q̃a ẽt in contractu stricti iuris videtur competere actio de dolo, & sic multofortius dari debet promissori per regulã. l. arrianus. ff. de actio. & ob. & ff. de reg. iur. l. fauorabiles. Sed certè illud dictũ non vr̃ procedere, q̃a d. l. id qđ. loquitur, qñ interuenit dolus ex proposito quo casu in stricti iuris iudicio bene dat̃ actio de dolo per l. dolo. ff. de inuti. stipu. sed hic loquitur, qñ deceptio non ex proposito. sed re ipsa, & de materia plenè dixi in d. c. cũ dilẽ. ¶ Vltimo potes addere duo his, quæ dicta sunt superius, vnum est, ꝙ qñ ꝯtractus bonæfidei est nullus transfertur dñium in accipientẽ, q̃a traditur res ex causa putatiua ꝓ quã putat tradẽs se obligatũ. licèt non sit, & ideo transfertur dñiũ, per id, qđ hr̃ in l. j. & per totũ. ff. de condi. inde. cum res traditur poterit repeti per actionẽ de dolo. vt d. l. eleganter. & ideo dixit ibi Bul. procedit venditio nulla. sed sequitur traditio infirmanda per actionem de dolo. ¶ Aliud potest addere, qđ licèt dolus apertus in tpalibus magis noceat interdum q̃ velatus, qui continetur in metu, tñ in iure spirituali videtur econtra, qđ interdum plus interficiat dolus velatus contentur in

a In cõtractibus stricti iuris. An hẽat locum deceptio vltra dimidiã iusti pretij, & adde hic do. Abb. in ij. col. versi. in glo. fi. in fi. ibi no. bene, & ibi ẽt tractat, an hoc. c. hẽat locũ in cõtractib' spiritualibus. sicut in mr̃imonio, vel in professione religionis.

tus in metu quã dolus simplex. nam † metus cadens in constãtem reddit mr̃imoniũ carnale nullum.j.de spon.cum locum,& similiter mr̃imoninm spirituale, qđ fit ꝓ professionem.s̃. quod me.cã.c.j. & ij. Secus est in dolo simplici,ut no.gl.in c.cum dilecti.s̃.quod me causa.vt s̃.tetigi,& ratio potuit esse. quia in ipsis spiritualibus requiritur plenissima libertas, vt colligi potest ex d.c.cum locum,& d.c.j.quod me.causa.

SVMMARIVM.

1 *Dos soluto mr̃imonio redire debet ad mulierem, & donatio propter nuptias ad virum.*

2 *Donatio propter nuptias non potest alienari etiam consentiente vxore si non reperitur de alijs bonis vbi satisfieri possit mulieri de dote. & nu.5.*

3 *Propter adulterium per virum commissum ipse vir perdit donationem propter nuptias: & etiam mulier dotem.*

4 *Redditus donationis propter nuptias spectat ad virum.*

6 *Pro donatione propter nuptias competit mulieri rei vendicatio quæ durat etiam soluto mr̃imonio antequam sit dos restituta, & habet etiam hypothecam.*

7 *Hypotheca non est in re propria.*

8 *Dos constante matrimonio non potest sine consensu mulieris alienari.*

9 *Alienatio, qñ est nulla consentiens põt tali alienationi cnntrauenire.*

10 *Donatio propter nuptias alienari potest de consensu mulieri tribus cõcurrentibus.*

11 *Error iuris respectu tituli impedit præscriptionem ad quem titulus requiritur.*

12 *Solennitas intrinseca ex diuturnitate temporis præsumitur interuenisse in actu.*

13 *Solennitas extrinseca præsumitur diuturnitate longi temporis vb principaliter agitur de acquirendo.*

Eruenit. Istum capitulum hẽt duos intellꝰs principales vnus ẽ quẽ posuit gl.videlicet,ꝙ non interuenit pactum de lucranda donatione ꝓpter nuptias.alius est, ꝙ interuenit pactum de lucrãda ipsa, & istum etiam tetigit gl.ſm primum intellectum potest sic summari. Si vir vendiderit rem donatam ꝑꝑ. nuptias vxori eo mortuo vxor emptorẽ super ista re inquietare non potest.h.d. ſm alium intellectum potest sic summari.Si vir habens alia bona, vnde vxor sibi consulere põt consentiente vxore rẽ ipsi vxori ꝑpter nuptias donatã vẽdiderit.& in vsus suos,& vxoris pretium cõuertit.emptorem q rem.30.annis. possedit sup illa vxor inquietare nõ põt.h.d. dicit ſcđm alium intellectũ quẽ sequitur hic ſm Ioã.An.& sunt duæ partes principales. Nã in prima ponit facti narratio,& cõsultatio.In ſcđa rñsio.Scđa ibi,quia igit.

1 & pro euidentia põt ꝑmitti ſm.d. Ant. ꝙ sicut † dos soluto mr̃imonio debet redire ad mulierem: ita donatio ꝓpter nuptias debet redire ad virũ soluto matrimonio,nisi pactũ,vel consuetudo aliud habeat, vt in c.fi.ad fi.de do.inter virum.& vxo.Et si dicatur,q̃. vtilitatẽ affert talis donatio mulieri, dic quòd affert vtilitatem,qñ esset pactũ de illa lucranda. Itẽ ẽt cessante pacto mulier habet vtilitatẽ: qa dicta † dona-

2 tio est pro cautela dotis, & iõ nõ potest alienari ẽt cõsentiente muliere si non reperit,vbi possit satisfieri mulieri de alijs bonis pro dotę in auth. siue a me. C.ad vell.& qñ vir vergeret ad inopiã nedũ dotẽ.sed ẽt donationẽ ꝓpter nuptias ad se vocare. & sic ex illis alimẽtet se,& maritũ.l.in rebus.C.de iure dotiũ.

3 ¶ † Item ꝑꝑ adulterium per virum commissum ꝑdit vir donationẽ propter nuptias,sicut & mulier dotem si ipsa cõmiserit adulterium.facit.c.j.s̃.vt lit.non cõte.& qđ no.Io.An.in d.c.vl.de dona.inter vi.& vxo. ante.gl.quæ incipit ad quid.Et attende etiã,ꝙ licet,

4 † donet res aliqua vxori ꝓpter nuptias, & ei tradat transfert dñium in illã, tñ nõ hẽbit ipsa mulier redditus constante mr̃imonio talis donationis. sed vir q sustinet onera mr̃imonij.aliàs si mulier haberet redditus, licèt vir reciperet redditꝰ rei dotalis in effectũ censeretur tãto minus recipere,q̃tum reciperet mulier ex donatione.& ideo,vt integraliter redditus dotis censeant deseruire oneribus mr̃imonij. dicendũ est,q̃a redditus donationis ꝑꝑ nuptias spectent etiã ad virũ. & hoc expressę tenuit gl. valde notabilis. in §.est & aliud. inst.de donatio.Et no.Bal.in auth.siue a me.C.ad velleia.& facit,qđ no.in l.vbi adhuc. C. de iure do.¶† Itẽ etiã attende,ꝙ differentia est inter rem viri obligatã ꝓ dotę mulieris,& ipsam donationem ꝑꝑ nuptias,ꝙ mulier põt renuntiare in alijs rebus iuri hypothecę saltẽ si alia bona supersint ex q̃bus mulieri posset cõsuli ne perdat dotẽ.l.iubemus. cum ibi no.per Bar.C.ad Vell.nec videtur requiri binus consensus mulieris, sed sufficeret vnicus consensus.vt patet ex d.l.iubemus.& plus vĩ. ꝙ qñ renũtiatio non fit extraneo,sed viro,ꝙ sufficiat etiã in vnico consensu.l.etiã.C.ad vell. secus in donatione ꝓpter nuptias,quia in illa ad hoc non ꝑiudicet mulieri cõsensus præstitus per eam in alienatione ipsius donationis requiritur duplex consensus, vnus tempore contractus:alius post bienniũ a tꝑe contractus, & vltra hoc requirit, ꝙ sint alia bona viri ex q̃bus mulier possit consuli pro dotę,vt patet in Auth.præallegata siue auiæ.aliàs non fit mulieri ꝑiudiciũ,licèt consenserit alienationi donationis propter nuptias q̃ censet facta pro cautela dotis in §.huic igitur, & sequenti. &§.his ꝯñs. in Auth.de ęquali.do. col.3.& facit,qđ hr̃ in l.pe.& fi. cũ auth.posita ibi.C.de do.ante nup.

6 ¶† Et no.etiã, ꝙ pro ipsa donatione ꝑꝑ nuptias mulieri debet competere rei vendicatio q̃ durat etiã solu.ma.anteq̃ dos. sit restituta etiã si pactum non fuit

7 appositũ de lucranda donatione. ¶ † Itẽ habet etiam hypothecam pro ipsa re donata, & sic actionem hypothecariam,& licèt aliàs in re propria non consueuit consistere pignus, seu hypotheca.l. neq; pignus, & l.neque ex prætoria.ff.de iur.dot.tñ fallit hoc casu fauore mulieris,& dotis,vt plures actiones sibi competant in fauorem dotis recuperandæ cũ intersit nostra plures actiones habere insti.de ac.§.sic itaq;. & ẽt põt alia rõ assignari. quia licèt sit mulier domina donationis ꝑꝑ nuptias speratur ab illa recedere sol. ma.cum debeat tũc redire ad virum,vel ad hæredes eius cessante pretio,vel consuetudine,vt superius dixi,& probatur in ꝑalle.c.vlti.j.de dona.inter virũ, & vxo.& ideo facilius ius voluit in tali re competere ei hypothecã.fa.qđ hr̃ in l.& si constante.§.latius.de exce.rei iud.& in l.libello.§.si quis seruum.ff.de captiuis.& bene facit,qđ hr̃ in l.adhuc.C. de iure dot. & hanc communem posuit Bal.in dicta. auth. siue a me.præcedẽs tñ vĩ esse melior,q̃a generalior. Nam comprehendit casum etiam, qñ mulier deberet lucrari donationẽ ꝑꝑ nuptias ex pretio,vel cõsuetudine, & hæc faciunt ad ea quæ dicentur super gl.¶ In tex. ibi: peruenit. fortè hoc significãte iudice coram quo vertebatur q̃stio.& erat in terris ecclesiæ.Vnde propter hoc cõsuluit Papã.fa.s̃.de ap.si duobus.Item ibi. relicta eius.i. vxor quodam eius.s. militis de quo.s̃. ¶No.ex text. primo,ꝙ vir facit donationem propter nuptias uxori.de quo dicendum,ut plenè habetur in

8 l.fin.cum auth.ibi posita.C.de dona.ante nup.¶† Itẽ nota,quòd sicut dos non potest constante matrimonio sine consensu mulieris alienari.l.j. & l.cum lex. C.de rei vxo.ac.ita nec etiã donatio ꝓpter nuptias.

9 ¶† Item, quia vbi alienatio est nulla potest etiam cõsentiẽs tali alienationi ꝯuenire,& eadem ratione videtur

det ét ipse alienans fa.l.quemadmodũ.C.de agri.& cẽ.lib.xj.& de hoc,an quis possit venire contra factũ suum.no.in c.diuersis.s̃.de cle.coniu.& ibi ét aliq̃d dictum fuit,& plenius per Ioan.Cal.in c.si quis pręsbyterorum.s̃.de rebus eccle.non alie.ibi etiam dixi
10 per leg.in l.post mortem.ff.de adop. ¶†Itẽ no. ꝙ tribus ꝯcurrentibus de quibus in litera,dr̃ validari alienatio donationis propter nuptias de consensu mulieris,videlicet si possessa est per istum in quem est alienata spatio.30.annorum,& sic alienationis t̃pe superat,vnde ex facultatibus viri possit mulieri satisfieri,si in communes vsus viri,& mulieris pretiũ est cõuersum,& hoc notauit,& procedit sequendo intellectum Ioan.Andr.qui voluit, ꝙ sit necesse, ꝙ omnes iste tres causę ad validitatem alienationis cõcurrãt,
11 ꝙ an sit verum patebit ex dicendis super gl,¶† Item no.quòd licèt error iuris respectu tituli, quia credit validus impediat pręscriptionem ad q̃ titulus requiritur.l.nunq̃.ff.de vsuca.tñ non impedit præscriptionem ad cuius substãtiam non requiritur titulus, sed sufficit sola bona fides,vt est præscriptio.30.annorũ. facit,qđ no.in c.cura.ĩ.de iurepat.per do. Ant.s̃.de præscriptio.vigilanti.& qđ dixi in repetitione capituli fi.s̃.de præscri.De iure tñ ciuili præscriptio.30. annorũ procedit ẽt cum mala fide.l. si quis emptionis. C.de præscriptio.30.an.licèt secus ſm canones,vt in d.c.fi.de præscri.ad id autem,ꝙ dictum est, qđ procedat cum bona fide, licèt interueniat error ius bene facit.l.si furt.de vsuca. Gof.vero hic dicebat,ꝑ licèt in foro ciuili non sit necesse allegare titulum in ꝑscriptione.30.an.vt d.l.si quis emptionis.tamen de iure canonico.& sic in foro canonico in quo erat hęc qõ debet allegari titulus,& propter hoc hic fuit allegatus ſm eum,sed de hoc,an in præscriptione.30.anno.requiritur titulus de iure canonico recurre ad c.j. de præscrip.in vi.vbi concluditur, ꝙ non,sed sufficit sola bona fides,nec ius commune,vel pręscriptio ali-
12 qua facit contra præscribentem.¶† Vltimo no.ꝙ Papa hic ad longam facti narrationem dat breuem rñsionem,talis erat mos,seu consuetudo iurisconsulti, vt patet in l.qui Romę.§.Calimachus.ff.de verb.sig. & in alijs legibus sceuole, vnde qñq; consueuit vulgariter,dici,ista qõ est magis longa quàm.§.Calima. seu quæstio.§.Calima.& tamen secunda ibi breuissime respondet.vnde mos secundæ cõiter est respõdere si vera sunt quę proponuntur posse,vel non posse, prout ratio suadebit.¶In gl.ibi,nec currit ei præscriptio in rebus dotalibus.supple, & sic eadem ratione vr̃,ꝙ curat viris donatio propter nuptias,facit,quod hr̃ in l.vbi adhuc.& qđ ibi no.gl. C.de iure d. & qđ inferius dicetur.¶In ea.gl.ibi-§.aliud, & sic videtur ꝙ prima causa q̃ hic allegatur, videlicet,ꝙ ꝑ.30. annos constante matrimonio emptrix domum possedit non fuerit bona fide,nec sufficiens.¶ In ea.glos. ibi.si qua mulier. & sic vr̃,ꝙ secunda cã hic allegata non fuit sufficiens.vr̃ etiã, ꝙ tertia non fuit sufficiẽs: quia non videtur sufficere, ꝙ tempore factę donationis fuerit.vnde mulier possit consuli in facultatibus viri:imo requiri vr̃, ꝙ etiã tempore quo agit̃ sit in facultatibus viri.vnde mulier possit sibi cõsulere,in authen.siue a me.in corpore vnde sumit̃.C.ad velle.& sic videtur, ꝙ neutra trium causarum hic positarum in text.de per se fuerit sufficiens,& per hoc,ꝙ etiam simul necesse non sufficiat.arg.l.spadonem.§.qui iu-
13 rat.ff.de excus.tut.¶†In ea.glo.ibi:respondet Papa. hęc prima solutio,seu iste primus intellectus vr̃ posse procedere,qñ mulieri fuisset satisfactum de dotæ: quia tunc reddit dominiũ rei donatę propter nuptias ad virum,vel eius hæredes.& ideo cum teneantur de euictione emp.merito remanet emptrix secura.& cõfirmetur emptio, ex quo reddit dominium ad vendẽtem,vel eius hæredem.l.cum vir.cum ibi nota.ff.de vsuca.¶ Sed tamen aduerte prosequendo istum intellectum,iste tres causæ,seu tres considerationes de q̃bus in litera non debuissent considerari. tñ etiam sine illis ſm intellectum emptrix fuisset secura,cuius tamen contrarium hic tangit Papa: quia ponderauit dictas tres considerationes,seu causas.& voluit concurrere. & ideo non vr̃ ꝓcedere iste intellectus, nisi suppleremus post verbum emptricem dictionem maximè,qđ tamen esset literam violare:tamen illam dictionem Papa non posuerit. Si autem nondũ fuisset restituta dos quæ fortè consistebat in pecunia: tunc non re fuisset trãslatum dominium in virum,vel eius heredes ipsius donationis propter nuptias, vt voluit Bal.in d.auth.siue a me. vt saltem remaneret hypotheca super dicta donatione propter nuptias, vt videtur hic voluisse dñs Flo.& etiã vr̃ sensisse.do. Ant.iõ tunc vr̃, ꝙ mulieri competat actio ꝯ̃ istam emptricẽ. & sic dato,ꝙ mulier non debuisset lucrari ipsam donationem ꝑꝑ nuptias nihilominus vr̃, ꝙ durat contrarium superius formatum per gl. cum additione q̃ feci. vnde qualiter tunc possit responderi patebit ex sequentibus,& ꝓpter prædicta, & quia etiam hæc litera indistinctè vr̃ loqui non distinguẽdo, an mulier debeat lucrari donationem ex pacto, vel consuetudine:an non, glo. transiuit ad ſm intellectum in ver. si mulier.videlicet,ꝙ hic intelligatur,qñ mulier debebat lucrari donationem propter nuptias. & qñ tantũ erat in bonis mariti,qđ poterat sibi consulere. & sic vr̃ velle,ꝙ suppleri debeat litera,ꝙ nedum t̃pe vẽditionis erat,vnde mulier poterat sibi consulere,sed ẽt tunc t̃pis quo agebat,& intelligit etiam gl.qñ interuenit secundus consensus consentiendo secundo expresse ipsi alienationi, vel saltem interuenit tacitus siue ꝑsumptus ꝑꝑ transcursum tã longi t̃pis ar. eorũ q̃ hñr in c.cura.de iurepa.& in l.si filius.C.de pet.hære.ubi patet, ꝙ filiusfamilias qui hrd̃itatẽ sibi delatã longo t̃pe detinuit patre sciente ꝑsumit̃ iussu patris agnouisse.& sic ibi est casus notabilis, ꝙ ꝓpter patiẽtiam diuturnitatis ꝑsumit̃ factũ extrinsecus interuenisse hoc est iussum pr̃is ꝓcessisse aditionem hrd̃itatis factã ꝑ filiũ,qđ facit ad multa ſm d. Flor. de quibus tangit̃ per Bal.in d.l.filius.& istud voluit glo.vsq; ad versum illa uero ratio.Et no.bene scđm istum intellectum ex gl.ꝙ ex t̃pis diuturnitate presumitur interuenisse solennitas intrinseca in actu,qđ est notãdum scđm do.Ant.facit.c.ea noscit̃.s̃.de his, q̃ fi.a præla. Sed huic intellectui obstat in inquantum dicit de secundo expresso consensu uidetur diuinare.Item inq̃tum dicit de licito ur̃ obstare, q̃a emptrix non excipiebat de isto tacito consensu,seu præsumpto, sed solum ex præscriptione se fundabat.dicit do. Ant.Do. hic uelle, ꝙ licèt non fundaret se ex tali ꝑsumpto cõsensu. quia non apparet iudici istam mulierem pęnitentem ius habere.Ideo potuit supplere ex officio.& hoc ẽt fortè fuit de mẽte gl.qđ est ualde notandũ.nã per hoc habetis, ꝙ licèt consensus non obliget̃ si tñ ex temporis diuturnitate hoc pretiũ possit iudex hoc perpendens ex his,quæ coram eo acta sunt ad utilitatẽ patris supplere. hoc tñ uidetur esse satis dubiũ,qđ Legistę uidentur uelle, ꝙ ubi aliquid præsumitur ex tempore,uel ex aliquo actu ita demum id præsumatur si allegetur, ut patet ex his,quæ habentur in l. si adulte.&ea quę nota.per Barto.ff.si certum petatur. in l.cum quid. & ff.de usuris.¶Et propter hoc dicit do.Ant.

18 tibi. ¶ † Quarto quærit, quia dictum est.s. quando fit legatũ rei alienæ. quid si testator legat rem propriam, quam postea alienauit, an extinguatur legatũ. Bar. in l. rem legatam.ff.de ali. leg. distinguit tres casus: quia testator legat quantitatem, seu pretium ipsius rei. Primo casu dicit, quod si ex dicta quãtitate legata aliqua res emit legatum non extinguitur: sed res empta præstabitur per l. pater.ff.de ali. leg. Secũdo casu, aut illa species alienatur ab hærede, & non extinguitur legatum. l. seruum filij. l. si pocula.ff. de leg.j. aut alienatur a testatore, & tunc aut fuit legatũ sub conditione, si mea erit, vel quæ mea erit. vt quia dicit testator: lego Stichum qui meus erit, & tunc per alienationem reuocatur legatum, siue alienatio fuerit facta ex voluntate, siue ex necessitate per l. nuper. in fi.ff.de aur. & ar. leg. quod intellige nisi loco ipsius rei alia redimatur. l. filiæ.§.j.ff.de condi. & demo. aut fuit res simpliciter legata. & tunc si alienat testator dissoluendo ipsam speciem, & in aliam commutãdo reuocatur legatũ, quasi res desierit extare per l. Seia.ff.de aur. & ar. leg. nisi constaret aliud fuisse de mente testãtis. per id quod habetur in d.l. filiæ.§.j. aut alienatio fit manentȩ re legata in suo statu. & tunc si facta sit ex voluntate reuocatur legatum. secus si ex necessitate rei familiaris. l. fideicommissa.§. si rem.ff.de leg.iij. Tertio casu, quando legat species, & quantitas. hoc est pretium rei, tũc vendẽdo rem non extinguitur legatum, vt probatur in l. Lucius. la j.ff.de leg.ij. sed si alienatio fieret alio modo, puta per donationẽ insolutum, vel per permutationẽ: tũc esset magis dubium, tamen finaliter dicit idem: quia ex illo capite quo relinquitur pretium saltem debet legatum, & est perinde secundum eum, ac si scienter

esset

esset relicta res aliena.iõ valet legatum per l.nõ dubium.ff.de leg.iij.& facit,qđ hr̃ in d.l.Lucius. Quid aũt,si alienauit vsumfructũ tm̃,vel pignorauit ipsam rem legatam post testamẽtum , an videatur legatum reuocatum.dic quòd non per l.iij.C.de leg.& ibi est expressum,quòd hęres tenebitur reluere.facit,quod hr̃ in §.si rem.inst.de lega.Si autẽ alienasset pro parte,& pro parte non,& alienauit ex voluntate, tũc ꝓ parte alienata extinguitur legatũ per l. si ex toto.ff. de leg.j.& per hoc videtur posse attentari , quòd cũ vsusfructus censeatur esse partem dominij.l.iiij.ff.de vsufruc.cum l.seq.si testator alienauit vsum.quòd respectu ipsius vsusfructus minuitur legatũ . licèt Bart. videatur dicere ꝯtrarium in l.rem legatam . vbi æquiparat rem legatam pignorari per testatorem post testamentum,vel per ipsum alienari vsumfructũ, vt s̃. tetigi.& sequitur etiam do.Pe.Sed fortè aliud est in vsufructu,vt non teneatur hæres ipsum redimere,sicut nec tenetur redimere partem rei alienatæ.& p̃dicta,qñ testator alienat in extraneum.Quid autem,si ipsi legatario in vita soluit legatum . dic extinguit̃ in totum,si in totum soluit̃,extinguet̃ pro parte soluta, nisi testator soluisset animo duplicandi.quod in dubio præsumit̃,nisi aliud probetur.d.l.Lucius.de le.ij. ¶Vtrum autem ex tali legato soluto per testatorem poterit detrahi falcidia,an poterit testator tale legatum reuocare.tãgit Bart. in l.legatum.ff.de leg.ij.vbi concluditur , quòd sic si soluit ex causa legati. secus secundum eum,si simpliciter dedit: quia tunc vr̃ donare.dicit tñ quòd vtroq; casu vr̃ translatum dominium.facit,qđ legitur , & not.in l.dotis fructus.§.fi. ff.de iure dotium.Quid autem,si testator legauit nomen debitoris,qđ postea exigit,an intelligatur legatum reuocatum.dic ꝙ sic , nisi aliud appareat de mẽte testantis.per id, qđ leg.& no.in l. fideicõmissa.§.

19 si rem.¶†Quinto quærit quid si factum esset legatũ gratia sepulturę alicui ecclesię,& testator mutato ꝓposito disposuit alibi sepeliri non facta alia mentione legati primæui,an videatur legatum reuocatum, sic ꝙ ecclesia cui erit factum legatum nõ possit illud ẽt petere . dic ꝙ sic q̃s agendo onere legati vr̃ legatũ adéptum,ꝙ oneris causa erat relictũ.l.alũne.§.Seia. & l.filio.§.matri.ff. de adimendis leg. An autẽ defectus causæ generaliter habeat vitiare legatum. tãgit Bar.in l.demonstratio.§.quod autem. ff.de condi. & demõ.vbi ẽt tangit,quę sit causa.& quę dictiones inducant causam,& concludit, ꝙ defectus causæ finalis vitiat legatum.secus si sit causa impulsiua.l. cum tale.§.penul.ff.de condi.& demõ.& an etiam & qñ falsa causa vitiet contractum,vel institutionẽ s̃niam, vel rescripta,tãgit in d.§.ꝙ aũt.& de s̃nia ẽt hr̃ ĩ l.si is ad quem.ff.de acqui.hære.vbi per glo.& Bar.etiã di-

20 xi.¶†An autem verba enuntiatiua per modum causæ prolata inducãt dispositionem.dicendum,ꝙ sic.ꝑ id,qđ hr̃ in l.emptor.§.fi.ff.de rei vẽ. & in l.socer.§. Lucius.ff.so.mat.¶An autẽ in dubio p̃sumatur causa impulsiua,vel fi.No.per gloss.Dy.in l.ij.§.fi.ff.de dona.& ibi etiam per Bar. & ibi etiã dixi,& plenius in c.post translationem.s̃.de renun. vbi etiam plenè examinaui illud vulgatum , an & qñ cessante causa

21 cesset effectus.¶†Vltimo quærit [a] de quæstione quæ põt sæpe contingere,pone , quòd pater reliquit filiæ ducenta pro ipsa maritanda demũ postea viuens ipsam maritauit , & dedit sibi cẽtum nomine dotis,an mortuo patre poterit petere filia alia cẽtũ vr̃ ꝙ sic ꝑ l.Lucius.ff.de le.ij.contrariũ ibi tenuit Dy. notabilr̃ dicens ꝙ illa.l.loquit̃, qñ legatum fuit simpliciter factum pro ipsa maritanda.& sic ob certã causam quæ

a ¶Vltimo q̃rit. Adde hic d.And. Sic qui hãc q̃õnem hic tractat, & dicit ipsam sæpe vidisse de facto.

fuit finita,cũ sit maritata,ergo finitũ est legatũ.per id qđ hr̃ in l.libertis. in prin.ff.de alim.& cib.leg.& qđ no.gl.in l.q̃nquaginta.ff.de ꝓba.Nec vr̃ obstare,qđ hr̃ in l.Titia.§.qui in vita.ff.de lega.ij. quia ibi pater primo dotauit postea legauit. & ideo cum per dotationem fuerit ius quæsitum filiæ non potest ius filię minuere per legatum,hic autem econtra primo legauit postea dotauit.& non est dubiũ, ꝙ potuit primũ legatũ reuocare,& minuere.Oldra.tñ quem vr̃ sequi Bart.in d.l. Lucius.& etiã do.Pe.hic tenuit ꝯtrariũ, videlicet,ꝙ filia poterit petere residuũ, & sic alia cẽtum mouetur:quia qñ legatum est factũ taxata certa quantitate , nõ vr̃ minui per adiectionem causæ per l.Lucius.ff.de alimẽ.leg.& l.creditor.§.si inter.ff.mãdati.& ideo cum illi sit legata quantitas certa,nõ dẽt diminui ex eo: quia adiecerit ꝓ ea maritãda. & hoc etiã sequit̃ Bar.licèt cã tunc finiatur, qñ est maritata: & multofortius dicit idẽ,qñ testator legasset pro dotę filiæ ducenta , seu noĩe dotis ipsius filiæ:q̃a tũc ea

22 maritata nõ est finita cã.nã ꝯstãte † matrimonio põt dos augeri.l.pe.& fi.& auth.sed iã necesse. C.de do. ante nuptias. & sic residet do.Pet. Cõsueui dicere in d.l.Lucius, ꝙ opi.Dy.vr̃ verior de iure per d.l.libertis.ff.de alimen.lega.& per id,qđ no.gl.in d.l.quinquaginta.nec vr̃ bona responsio vltra in d.l.liber.inq̃tum dixit, ꝙ ibi in secundo legato continet̃ plus q̃ in primo:q̃a illud non est verũ,imò ibi plus cõtine-

23 bat̃ in primo. nam † in primo in effectu ꝯtinebantur centum viginti: quia singulis mensibus decem erant legata.Sed in sc̃d̃o legato continebantur solum centum quatuor:q̃a erãt legata septena menstrua. & sic singulis mensibus, quæ ascendebãt in anno ad quãtitatem octuaginta quatuor,& legata erant dena annua,& sic viginti.l. si quis testamento.ff. de le.j.& si addit viginti dictis octuaginta quatuor erant solum in legato annuatim centum quatuor. & tamen quia primum legatum,& secundum erat factum ob certã causam alimẽtorum , videlicet ob cãm sc̃d̃m tm̃ põt peti.& non põt peti etiã id plus,qđ erat in primo,vt ibi patet.facit, qđ not.glos.in d.l.quinquaginta.Nec ob.l.Lucius. de alimen.lega. q̃a ille casus est diuersus a materia nostra.nam ibi testator legauit certam quãtitatẽ ꝓ alimẽtis,& adiecit,ꝙ volebat certa p̃dia esse obligata ꝓ dictis alimẽtis , & ex redditu ipsorũ dictã quãtitatẽ p̃stari.vñ ibi dr̃ , ꝙ si minus percipiatur ex dictis,testator vr̃ deintim : q̃ sit quantitas relicta non nocet legatario demonstrasse ,vñ possit hr̃i dicta quantitas non aũt per hoc restringet̃ legatum.vñ ibi fuit vnicum legatũ demonstrato.vnde poterit fieri solutio.¶Nos autem loquimur, qñ diuersa legata fuerunt facta successiuè ob eandẽ causam. ¶Item nõ ob.§.si inter. quia ibi dicitur , ꝙ si pater promisit genero dotem promisit soluere certam quantitatẽ annuatim pro alimẽtis filiæ ipsi marito q̃ habebat onus alimentãdi vxorem,si postea fiat pactum inter patrẽ filiæ,& generum,ꝙ onus alimentandi spectat ad ipsum generũ . & ꝙ ipse pater teneatur dare certã q̃titatem annuatim : tunc licèt aliquid superlucraretur maritus ex quantitate quæ p̃statur per patrẽ non tenetur restituere. secus si ex mandato patris gener alimẽtaret vxorem,vt hr̃et occasionẽ implendi mandatum daret sibi certam quantitatem.nã tunc si aliquid superesset bene teneret̃ restituere ipsi patri.& sic patet , ꝙ ille casus est valde diuersus a casu nostro , qñ sint diuersa legata ob eãdem cãm.vñ tunc vr̃ standũ

24 d.l.libertis.& ei ꝙ dixit gl.ĩ d.l.q̃nquagĩta.¶†Quid aũt si in eodẽ testamento, vel diuersis sępius eadẽ q̃titas , vel eadem species legetur , an sępius poterit peti

peti hoc incidit in dubium, an plures causæ lucratiuę possint eadē concurrere. de quo dubio, & de qua mā plenè hr̄ per Bar. in l. Meuius. §. duobus. ff. de leg. ij.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi non implenti testm̄ defuncti possunt redditus interdici, & capi, seu auferri, vt de eis satisfiat legatis. & nu. 12.*
2 *Episcopus succedit in potestate exequendi testamenta in quibuscunq; legatis hærede non adimplente voluntatem defuncti.*
3 *Fructus, & emolumentum differunt.*
4 *Voluntatem defuncti non implens qua pœna puniatur.*
5 *Hæres non negligens præferri debet Epo, & cuilibet alteri in executione testamenti.*
6 *Sed si fuerit negligens implere voluntatem defuncti executio deuoluitur ad Episcopum etiam si testator prohibuerit.*
7 *Hæres qui non obtemperat voluntati defuncti priuari debe fructibus & cæteris emolumentis.*
8 *Et quid de illis bonis quę ad Episcopum taliter deferuntur fieri debeat.*
9 *Et si Episcopus fuerit negligens in executione testamenti ad quem deferetur potestas.*
10 *Hęres quantū tps habeat ad implendā uoluntatem defuncti. & n. 15.*
11 *Executio testi maximè in relictis ad pias causas pertinet ad Epm, & quid in relictis ad non pias causas.*
13 *Heres si non implet voluntatē testantis priuari debet tota hęreditate, sed ad quem deferetur hęreditas.*
14 *Testator si apponat pœnam priuationis ab hr̄ditate in casu negligentię vel delicti, nec prouidet ad quem heredit as deuoluatur, cui tunc applicabitur.*
16 *Hęres si non possidet bona testatoris qui reliquit centum pauperibus, sed quidam tertius ea possidet, an poterit Episcopus eum cogere ad soluendum.*
17 *Eps videtur habere ius, & nomē heredis vbi aliquid relinquitur pauperibus, & sic habet actionem: sed coram quo debebit agere contra detentores bonorum.*

a I hæredes. Non implente [a] hærede testatoris voluntatē Eps eum cogere pōt ad ipsam implēdam, seu exequendam. h. d. Et non pōt recipi commodā diuisionem fm Io. An. & do. Ant. sed do. Flor. hic dicit, ꝙ dec. hēt tres prin. lec. & vt oībus ꝯueniat pōt sic summari scd̄m eum. ¶ Hæredi non implenti iussa testatoris ab Epo interdicunt̄ res a testatore relictę. h. d. Et pōt diuidi scd̄m eum in tres partes. Nā in prima ponitur thema, ex quo tacita elicitur quęstio. In scd̄a ponit̄ solutio. In tertia ratio. scd̄a ibi: ab Episcopo. tertia. ibi: vt vota. ¶ In tex. ibi: canonicè: id est monitione p̄missa: quia vindictam p̄cedere debet
1 mnsitio. 12. q. 2. c. indigne. ¶ † No. j. vnā practicā cōpellēdi hr̄des ad exequenda testamenta defunctorū: qa possunt eis interdici redditus, & capi, seu auferri,
2 vt de eis satisfiat legatis. ¶ † No. arg. pro opi. quę hēt, ꝙ Eps succedat in potestate exequendi testamēta in quibuscunque legatis ēt non pijs, vt vr̄ hic colligi in tex. dum indistinctè dicit, iussa testatoris non impleuerint. & sic vr̄ comprehendere casum etiam, qn̄ testator fecit in testamento relicta ad nō piam causam, & ad hoc etiam inducit istum tex. Inn. in c. nos quidē. s. eo. facit, qd̄ hr̄ in c. præcedenti. j. eod. Ioannes.
3 ¶ † Not. differentiā esse inter fructus, & emolumētū: quia fructus est qui ex re percipitur emolumentum vero, qd̄ ex humana industria percipit̄. facit, qd̄ le. & no. in c. pastoralis. j. de decimis. an aūt sit dr̄ia inter emolumentum, & lucrum, tangitur in c. nemo. j. de Simo. Vbi per Io. An. & ibi concludit, ꝙ emolumentum ꝓpriè ēt sumpto vocabulo est lucrum ꝓueniens ex emolumento: lucrū vero dicit̄, ꝙ aliàs ex industria percipitur, dicit tn̄ Io. An. ibi, ꝙ etiā lato sumpto vocabulo emolumentum comprehendit oē lucrum, vt
4 ibi colligi potest. ¶ † No. pęnā non implentis voluntatem defuncti. de qua habetur in litera, alibi vero dicitur, ꝙ amittit lucrū qui voluntati defuncti non obtemperat in §. si quis aūt non implens. in auth. de hęre. & fal. col. j. & in §. si quis aūt pro redemptione. in auth. de ecclesiasticis titulis. coll. ix. Et ex hoc potes notare, ꝙ ille qui lucrum consequitur ex testamento implere debet voluntatē defuncti, aliàs venit priuandus emolumento. facit. l. nesennius. ff. de excu. tuto.
5 & l. pe. C. de leg. ¶ † No. ꝙ si hęres non est negligens, est Epo, & cuilibet alteri p̄ferendus in executione testamenti. nam ēt scd̄m. do. Petr. speciales executores tenent̄ sibi reddere rationem, allegat, quod no. Bar. in
6 l. alio. de alimen. lega. ¶ † No. ꝙ si hæres negligit implere voluntatē defuncti deuoluitur executio ad Episcopū, qd̄ procedit ēt si testator ꝓhibuerit. vt probat̄ in pal. §. si. quis autem pro redemptione. & in auth. licèt. C. de Epis. & cle. ¶ Item no. ad quē Ep̄m fiat deuolutio: qa ad Ep̄m loci ipsius testatoris, in quo scilicet, hēt domicilium. vt probat̄ in d. l. si quis ad declinandā. C. de Epis. & cleri. ibi larem fauere ac deferere noscitur. ¶ Aduerte tn̄, quia in l. nulli. C. de Epis. & cle. litera dicit de Epo originis. vnde ibi gl. dicit, ꝙ vterq; Eps poterit exequi per d. ll. & arg. eius, qd̄ hr̄ in l. assumpto. §. iur. prudentibus. ff. ad municipales. sed d. Pe. hic vr̄ dicere, ꝙ ambo Episcopi debeant cōuenire simul in executione. ar. l. iur. peritos. §. cū oriūdus. ff. de excu. tu. de duo dicetur in c. Ioannes. j. eo. & procedit, qd̄ dictum est de deuolutione fienda ad Episcopum, vbi testator non prouidit de alio executore hærede negligente. nam si ꝓuidisset tunc præferretur ipse Episcopo, sicut tutor testamentarius p̄-
7 fertur legitimo. l. j. & 2. C. de testa. tute. ¶ † Not. quòd hæres qui non obtemperat voluntati defuncti priua-
b tur fructibus, & cæteris emolumentis. [b] & ex hoc no. scd̄m do. Pe. ꝙ vbi resoluitur titulus quem possessor habet si resoluitur sua culpa titulus. & bona fides p̄cedens non excusat eum a fructibus, vr̄ em̄ scd̄m eū extingui in ipso hærede titulus, & nomen hæredis, vt sic, scilicet si semel fuit heres, tn̄ desinat esse heres ex iur. dispositione, vt no. per gl. in §. si quis autem non implēs. præal. 3. auferri. & facit qd̄ leg. & no. per gl. in l. in substitutione. ff. de vulg. & pup. vbi patet, qd̄ licèt qui semel est hæres itr non desinat esse hæres. l. & si fine. §. sed, & Papinianus. ff. de mino. tn̄ fallit, qn̄
8 ex dispositione iur. ciuilis priuat̄. ¶ † No. quid fiendū de istis bonis quæ deferuntur ad Ep̄m: quia non deferuntur ad eum, vt imburset: sed vt dispenset, seu distribuat, & vota defuncti adimpleat. vnde vt hic etiā dicit. do. Pe. non debebit illa apprehendere in occulto, sed publicè, vt patet in d. l. nulli. vbi dicit̄, ꝙ statim gestis, seu actis interuenientibus rerū quantitatem, & tempus quo ipsas recipit apud præsidē loci publicare debet, & similiter in executione intra annū facere fidem, & numerū captiuorum, & redemptorū. & p̄tia ꝓ ipsis data manifestare, ista tn̄ malè de facto seruantur. vt Iac. But. in d. l. nulli. & debet Eps sine aliquo emolumento sibi applicādo facere executionē. l. si quis ad declinandam. C. de Epis. & cle. & ibi etiā dicit Iac. de Bu. ꝙ vbi testator iussit expendi aliquam q̄titatem pecuniæ in certam piam causam, Eps non debet, nec de iure potest in aliam causam expendere. facit, quod habetur in clemen. quia cōtingit. de re
9 li. domi. & qd̄ dixi in c. nos quidem. s. e. tit. ¶ † Quid autem si Episcopus sit negligens. dic, quod tunc succedat Archiepiscopus in executione, vt habetur in §. si quis autem pro redemptione. cum sequentibus. in auth. de eccle. ti. & præcipue in §. fin autē sanctissimus. & tenet hoc etiam Ioan. And. & Host. qui etiam

a Non implente. Ad itellectum huius. c. ad de Pau. de ca. in cons. cxlv. Bal. in l. iij. C. de ꝓcu. & Io. de Por. in l. si fundum. §. stichum. ff. de leg. j.

b Emolumentis Limita tamē istam conclusionem, vt per Fed. de Se. in cōsil. cxxiiij. & doct. in authē. hoc iᵃ porrectū.

dicunt, ꝙ licitum erit cuilibet hanc q̃onem mouere, & solicitare, vt causę pię modis oĩbus impleant̄.d.§. sinautem sanctissimus. & sic censetur causa publica. & sic ēt vtilitatem viuorum includens. nam vt refert hic do.Pe.dicit Seneca in declamationibus, ꝙ totum ius testatoris tollit̄ si viui neglexerint imperia defun
10 ctorum.¶†In gl.j.in fi.& sic vult gl.ꝙ hæres hēat annum ad implendam voluntatem defuncti. & intellige, ꝙ annus incipiet a die monitionis, vt dictum fuit in c.nos quidem.s̄.eo.& sufficiet vnica monitio. per id, qđ hr̄ in iuribus allegatis in gl.nec ob. quod hr̄ in §.si autem.qui hoc facere.in Auth.de eccle.ti. vbi vr̄ requiri bina monitio:quia respōdet glos. in §.si quis autem non implēs.in Auth.de hæredi.& fal.ꝙ ibi, iō requiritur bina monitio:quia maior pęna imponitur cum incontinenti oĩbus relictis priuetur etiam non expectato lapsu anni. Sed in d.§.si quis autē.implēs. & in iuribus allegatis hic in gl.demum priuatur post annum.& sic etiam dicit hic.do.Pe.Potes dicere, ꝙ in d.§.si autem.qui hoc facere loquitur in relictis ad pias causas in quibus si interuenit bina monitio. & sic negligens monitus poterit priuari etiã añ lapsum anni oĩbus sibi relictis. Sed vbi interueniret vnica sola monitio solum post annum veniret priuandus oĩbus relictis. In relictis aũt ad nō pias causas, satis puto, ꝙ etiam si interueniret bina monitio ante annum non posset hæres priuari, cum hoc non reperiatur in eis iure cautum.& ideo in illis standum est d.§. si q̃s autem non implens, vt requiratur lapsus anni.& ſm prædicta intellige id, quod dixi in c.nos quidē.¶ Itē aduerte, quia ur̄, ꝙ sufficiat lapsus sex mensium, per id qđ hr̄ in §.si autem legatum.in d.auth.de ecclesia. ti.gl.ibi.& in §.hæc eadem. in Auth.de hær. & fal.vr̄ velle, ꝙ in relictis ad pias cās sufficiat lapsus sex mēsium. & sic loquatur.d.§.si autē legatum. sed in alijs relictis requirat̄ lapsus anni.¶Sed aduerte.quia tex. in c.nos quidem. loquitur in relictis ad pias causas. & tñ vr̄ requirere lapsum anni, sic nō vr̄ dicta solutio bona, do.hoc non declarant.potes dicere, ꝙ quò ad hoc, vt hæres priuetur oĩbus relictis sibi requirat̄ lapsus anni etiã in relictis ad pias causas, qñ vnica monitio interuenit.¶Sed quò ad hoc, vt possit id, qđ ē legatum in piam causam auferri, cum oĩ emolumento:tunc procedit, qđ dicitur in d.§.si aũt legatum.q.a post semestre poterit auferri.& vult ibi litera, ꝙ incipiat semestre ab insinuatione, seu publicatione testĩ. & vult etiã, ꝙ si q̃titas est relicta ad piam cām teneat̄ grauatus etiã ad vsuras dictæ q̃titatis. & vr̄ velle gl. in d.auth.de ecc.ti.circa prin. ꝙ sit speciale in casu illo, vt possint peti vsuræ:sed certè illud non vr̄ procedere ſm canones.ꝑ id, qđ habetur in c.quia in omnibus.j̄.de vsur.¶Item aduerte, quia dixit.do.Pet.ꝙ in relictis ad pias causas: quia in eis non vr̄ requiri additio, prout voluit Bar.in l.j.circa fi.C.de sac.san.eccle.& an sit verum dicam in c.cum tibi.j̄.e.ꝙ Eps statim mortuo testatore poterit monere hęredem, vel illum qui debet implere relictū in piã cām statim monere, vt adimpleat, & sic causatiuè, & indirectè poterit cogere hæredē ad adeundum in annum quamuis scđm ius possit perpetuo adire, prout leg.& not.in l. licèt.C.de iure deli.qđ tene menti.¶In gl.ij. ibi, vt ibi dr̄, ꝙ limitat Host. nisi consuetudo aliud haberet per l.j.& fi.C.de emãci.liberorum.& facit, ꝙ no.Io. And.s̄.de fi.instru.c.vlt.in gl.ij.nouelle, in versi.hæc autem publicatio.¶In ea.gl.ibi.& j̄.eo.Ioannes ibi not.glos.in c.Episcopus tuititionem.lxxxviij.distin.
11 ¶†In ead.gl.ibi.& hoc præcipue.quasi velit gl.ꝙ idē ēt sit in alijs qui ad pias causas non relinquunt. & idem voluit Inn.s̄.eo.nos quidem.vbi dicit, qđ executio testĩ ꝑtinet ad Epm maximè in relictis ad pias causas, & expressè etiam ibi dicit idē in alijs. & hoc etiam tenuit Host.vt no.Io.An.j̄.eo.in c.Ioannes. in vlt.q.Sed gl.j̄.eo.in c.tua.dixit, quòd Eps solum executor testĩ est in relictis ad pias causas.sed j.opin.ſm do.Flo.cōiter tenet̄, vt no.in d.c.ioannes. & per Archi.in c.siluester.xj.q.j.& istud etiam tenuit Gof. dicēs, ꝙ hoc ꝑtinet ad ecclesiam saltē rōne peccati, qđ contrahitur veniendo contra voluntatē defuncti illã non implendo. Alleg.s̄.de iud.c.nouit.sed d.Pet.hic tenuit secundam opinionem, q̃ tenuit gl.fi. ibi siluester, intellige.nisi in casu in quo lex de alia quota ꝓuidit.& sic soluitur contrarium.l.si quis in suo.C.de inoff.testa. vbi in casu illo hæres non implens volūtatem defuncti ante ius authenticorū nō priuabitur tota hęreditate: sed solum tertia parte.aliàs autē stabat regula quam hic dicit gl.quòd qui non adimpleuerit volūtatē defuncti priuabitur omni successione.
12 ¶†In ea.gl.in fi. aduertē, q.a pro solutione contrarij authenticę amplius hoc capitulum.de fideicōmis.vt hic tangit.do.Flor. Tres lecturæ colliguntur ad hoc. c.ex gl.& ēt, vt ipse finaliter dicit. 4. possunt colligi. Prima est, ꝙ hic interdicantur bona. & sic non priuetur ꝑpetuo, sed ad tp̄s, sed dicta auth. loquitur de priuatione perpetua. & hæc lectura ponit̄ in ver. & hic non dicit vsque ibi, vel hoc reducit̄. Scđa lectura est ꝙ hic loquit̄ de interdictione id est de priuatione ꝑpetua:sed intelligit̄ salua legitima, vt dicit̄ in d.auth. amplius hoc.& hæc ponit̄ in ver.vel ad hoc reducit̄. Tertia lec. est, ꝙ hic loquat̄ in relictis ad pias causas.& hæc colligitur in verbo.Alia aũt. & istã tenuit Host.Quarta lec.potest colligi ex gl. circa fi.in versi. & hoc intellige, scilicet, qñ hic loquat̄ in hæredē extraneo cui non debet̄ legitima. & licèt varijs respectibus ſm.do.Flo.possent defendi oēs iste lec.tñ Hosti. tenuit tertiã.vt sic faueat̄ relictis ad pias cās, vnde dicit, ꝙ ēt in suo hærede in relictis ad pias cās, & quò ad vota patris implenda crescente eius conseruantia pōt priuari totali hęreditate, & etiã naturali debito. nam, & in talibus relictis cessat falcidia.C. ad l.falci. auth.similiter.dicit tñ, ꝙ si peniteat non denegabitur ei eleemosina.& hanc opi.ſm do.Ant. sequitur Cal. in quadam additione super capitulo siluester. allegato hic in gl.& illam etiam videt̄ sequi hic.do.Pet. & do.Ant.qui concludit, ꝙ si factum sit relictum in piã causam practica erit, ꝙ primo interdicant̄ redditus. & fiat solutio ex his, si ex illis satisfieri potest. Si vero ex illis non possit satisfieri, & adhuc ꝑseueret̄ in cōtumaciã, tunc exigente contumacia potest totali hęreditate priuari, siue sit extraneus, siue suus hr̄s hoc est filius, vel aliquis descendens.¶In relictis vero ad non pias causas dicit, ꝙ esset similiter eligere hãc viã, vt primo satisfieret de redditibus, postea etiã procederetur ad priuationem.& ex toto, quãdo extraneus esset perseuerans in contumacia:quia priuabatur tota hæreditate, sed si sit suus hæres, seu qui sit de liberis testatoris relicta sibi legitima priuabatur toto residuo.facit, quod no.in capitu.siluester.allegato in gl. sed domi.Flor.dicit, quòd attento, quòd legitima ꝓpriè non prouenit a defuncto vr̄ verius dicendum, ꝙ tenenda sit scđa lec.& sic, ꝙ litera hic intelligatur salua legitima.nec ꝯdicit huic intellectui ista lr̄a in eo, qđ dicit, ꝙ interdicuntur omnia relicta hæredi a defuncto.nam secundū eum legitima debetur aliunde q̃ ex testamento ex iur.dispositione, vt patet.j̄.eo.c. Raynutius.& in auth.nouissima.C.de inoff.test.& ꝓ hoc facit ſm eum.§.si quis aũt non implens. allegatus in

tus in gl. vbi dr̄ heredem priuandum his quæ relicta sunt a testatore.& sic nō dicit,ꝙ priuetur eo, qđ sibi debet ex iur.dispositione.& per hoc concludit,ꝙ intelligendo hanc lr̄am in hæredem cui debetur lt̄ima priuabitur tunc oībus relictis sibi a defuncto ſm eū, hoc capitulū ꝓcedet,siue sint relicta ad pias cās,siue nōn,& vtroq; casu relinquitur lt̄ima heredi si sit talis cui debeat lt̄ima, in eo aūt,qđ dixi circa primā lec. tenendo illa dicit do.Flo.ꝙ inducitur hic aliquid noui,vt sic dicamus,ꝙ etiam ante annum poterit Eps ꝑ subtractionem commodi hæreditatis cogere hæredē ad exequendum,seu implēdum voluntatē defuncti, & hoc dictum,ꝙ prima lec.procedat,seu possit ꝓcedere,vt inducat illud,qđ statim dixi.satis pt̄ tolerari. inq̄tum aūt dicit.do.Flo.ꝙ si hæres suus. & sic de liberis quibus debet lt̄ima sit negligens, seu cōtumax implendo voluntatē defuncti etiā ad pias causas, qđ non priuabit lt̄ima:sed auferet sibi hæreditas reseruata sibi legitima. Hosti.vt s̄.dixi tenuit contrarium.& cum ipso vr̄ hic transire Io.An.& Archi. in d.c.siluester.& do.Ant.& do.Pe.hic,& sic vr̄ esse cōis opi. illa quam tenuit Host.¶ Sed aduerte,quia potest dici, ꝙ verior sit opi.do.Flo.de iure ex eo: quia ꝑp fauorē piæ causæ non vr̄,ꝙ filius sit priuandus lt̄ima,cū magis videatur fauendum in hoc filio, q̄ piæ causæ per dictū Augustini, qđ posuit gl.in c. si quis ad declinādam.C.de Epis.& cle.vbi gl.dicit Augustinum dixisse, quòd qui vult filium priuare hæreditate, & Deū instituere alium quærat pro consilio quàm Augustinum.& ideo æquior,& rationabilior videtur opi.do. Flo.q̄uis rationi suæ posset rn̄deri, quòd licèt legitima debeatur a iure, & non a defuncto,tn̄ hæreditas relinquitur sibi a defuncto.& tex.hic vult, ꝙ priuetur oībus relictis sibi a defuncto. & sic satis dicta verba possent verificari in filio. Fateor tn̄,ꝙ satis ęquū est, & menti iur.consonum,qđ priuetur hæreditate relicta, seruata tn̄ legitima ipsi filio.vt etiam hic voluit gl.in vna solutione, cōis tn̄ opi.est cum Host.vt s̄.dixi.

13 ¶ † Iuxta prædicta quæri pōt inquantum dictum est.quòd hæres priuatur tota hæreditate propter negligentiā, seu contumaciam in non adimplendo voluntatē testātis ad quem deuoluetur dicta hęreditas. tex.hic & in §.si autem qui hoc facere.in Auth.de eccle.ti.colla.ix.vr̄ dicere,ꝙ ad Episcopum.in ꝯriū videtur esse tex.in §.si quis autem implēs.in Auth. de hæredi.& falci.& in auth.amplius hoc.C.de fideicōmis.vbi dicitur,ꝙ primo defertur substitutis.secundo coniūctis.tertio fideicōmissarijs vniuersalibus. quarto legatarijs particularibus.quinto extraneis hoc volentibus.& sexto,& vltimo fisco.vnde illi vīr præferendi Episcopo in honore,& onere si volunt. & per hoc vr̄, ꝙ si tot personæ in consecutione æmolumenti,& implemento oneris præferuntur Epō, non de facili Eps manum apponet super talibus bonis.d. Pet. hic tangit istud dubium,& dicit, ꝙ credit saluo meliori iudicio iura iuribus hoc modo esse concordanda,videlicet,quòd hr̄de negligēte, quò ad relicta ad pias cās deuoluitur hęreditas ad Epm,& executio relictorum ad pias cās,& sic propriè loquit̄.d.§.si autē qui hoc facere.vbi aūt hæres in alijs relictis quàm ad pias causas deprehendat̄ negligens deuoluet̄ executio, & emolumentum ad personas de quibus in d.§. si quis autem non implens.& in dicta auth. amplius hoc.facit,qđ dixi.s̄.e.in c.nos quidem. & per hoc dicit,ꝙ non putat veram esse opi.Inn. & Hostē.qui tenent,vt dixi super gl.secunda,ꝙ etiam quò ad relicta ad nō pias causas spectet executio ad Epm.¶ Et aduerte,quia vt ipse etiam tangit prædicta allegant pro se tex.in c.tua.j̄.eo.dum dicit vniuersa ꝓcedant, & demū subdit plenariè etiam.§. si quis pro redēptione.in Auth.de eccle.tit. dum dicit omnia ex quibus vniuersalibus verbis, videtur qđ cōcludatur ad epm executionē spectare etiam in relictis ad no pias cās, & pro hoc ēt allegant, q̄a magna vr̄ esse pietas adimplere votum illius qui non pōt se iuuare, nec loqui, cum mortuus sit.faciant.l.j.C.de sac.san.ecc. & 13. q.ij.vltima voluntas.adducit ēt Hosti. q̄a dicit lex,ꝙ expedit reipublicę,ne quis re sua male vtatur.& sup hoc ēt ꝓuidet.insti.de his,qui sunt sui iur.§. sed hoc tp̄e. & sic eadē rōne imò fortiori circa defunctorū voluntates vr̄ esse ꝓuidendū. nam iudiciū defuncti vr̄ esse pium, qđ vr̄ patere ex eo:quia ad executionem testī pōt p̄fici executor persona religiosa.j̄.eo.c.ij.in vj.quòd aliàs non videret̄ fieri posse.facit,qđ hr̄ in c. j.& s̄.de postulando.Io.An.in c.pen.ad finē,dixit æq̄ posse distingui si q̄ritur,an in relictis ad non pias causas possit Eps se intromittere:quia aut hoc vult facere ex officio per viā executionis.& vr̄,ꝙ possit,ꝑ ea q̄ superius sunt dicta,aut per modum libelli. & sic per viam actionis,seu accusationis.& tunc hoc non sit licitum contra laicos hæredes,sed do.Pet.dicit hic, ꝙ Ioan.An. & p̄dicti non rn̄dent ad d.§. si quis aūt non implens.& dictam auth.amplius hoc, nec dicta iura allegant.vnde ipse dicit, quòd q̄cquid sit in personis debilibus,& miserabilibus q̄bus reperiant̄ facta legata in quibus personis pōt dici opi.p̄dictorū posse ꝓcedere, vt sic in fauorē talium personarum deuoluat̄ executio ad Epm,tn̄ quò ad alias personas q̄bus relicta sunt facta in testō, vel ad quas ex iuris prouisione hęreditas deuoluit̄,ꝙ non valet,qūo Eps possit se de talibus intromittere.& pro hoc adducit rl̄am:q̄a non debet iudex impendere officium suū non petitum,nisi pro personis miserabilibus. & in certis casibus de quibus.in c.bonę.s̄. de postu.præla. & in l.4. §.hoc aūt.& ibi per Bar.ff.de dam.infe. Scd̄o ꝑ hoc allegat, q̄a si illi ad quos spectat commodum hr̄ditatis in casu in quo hæres priuatur volunt tacere,& differre vr̄ absurdum ſm eum, ꝙ Eps vltimo illos compellat agnoscere, quia fortè ꝑ tunc nolūt agnoscere sed nolunt in suspenso retinere,agnitioni enim rectè terminus præfigit̄ ad petitionē eius cuius interest p̄textu emolumenti ad eum deuoluendi.l. q̄diu.ff. de acq̄r.hære. Eps aūt est merus executor, & ex priuatione nullū cōmodū dēt consequi,sed onus. ꝑ id qđ hr̄ in l.si quis ad declinandam.C.de Epis.& cle.& iō quo iure de factis laicorum possit tunc Eps se intromittere dicit se non videre,pręsertim quia ꝯ negligentiam non implentis votum defuncti est plenè prouisum per leges in dicta auth.amplius hoc. & d.§.si q̄s aūt non implens.vnde dicere vr̄ esse ꝯ dictos text. q̄ volūt ēt,ꝙ cautionē idoneam præstet oīs ille ad quē fuerit deuoluta hæreditas ſm dispositionem dictorū Iurium,vn̄ esset negotiū intricare si diceremus Epm posse admitti contra id,qđ hr̄ in c.tuam.s̄. de or.cog. & per prædicta concludit, ꝙ Eps debet esse suis terminis contentus, & pro pauperibus, seu relictis ad pias causas tantum se impedire non, aūt alias tuitionem totius testamenti suscipere contra id, quod habetur in c.Episcopus.lxxxviij.dist. & hāc opi. tenuit gl.in c.tua.j̄.eo.licèt hic senserit oppositū, videlicet, ꝙ etiam in non pijs posset se intromittere,dum apposuit dictionem,pręcipue,quę implicat idem esse etiā in non pijs,vt dixi super glo.& sic residet.do.Pet.Ad iura autem allegata per Hostien.non respondet, sed faciliter potest respondere.& primo ad c.tua. & ad §. si quis pro redemptione merito.§.si aūt q̄ hoc facere

ꝙ prædicta iura loquuntur in relictis ad pias causas, vt in eis patet.¶ Nec ob. etiã ꝙ censeatur esse pium adimplere voluntatẽ defuncti:q̃a non per hoc sequit̃ ꝙ Eps possit se intromittere in relictis ad pias cãs, & potissime, q̃a in illis vr̃ esse prouisum per dictã auth. amplius hoc.& per d.§.si quis autẽ non implens.Ca nonistę tñ cõiter sequuntur opi.Inn.& Hosti.saltem cum distinctione.de qua dixi post Io. And.& vt dixi sequitur ẽt hic do.Flo.& Arch.in c.siluester.¶Et ad uerte, q̃a si consideramus iura ciuilia satis vr̃ proce. dere opi.do.Pe.per.§.si quis aũt qui vñr hoc facere. de iure aũt canonico, an idem sit dicẽdum vr̃ primo posse dici si volumus tenere opi.Inn.& Host. ꝙ licèt scd̃m.ll.procedat qđ dixi tñ f̃m canones vr̃,ꝙ indistinctè possit Eps se intromittere per istum tex.q̃ videtur loq̃ indistinctè, & f̃m hoc in terris ecclesiæ seruari posset opi.Inn.& Host. & in terris imperij opin. do.Pe.& scd̃m hoc ista decre.in terris ecclesiæ in relictis non ad pias causas corrigiret.§. si quis aũt non implens.& dicta auth.amplius hoc verum: quia cor rectio iurium est euitanda.per id,qđ hr̃ de elec. cum expediat in vj.& l.præcipimus.C.de appella.vr̃ secũdo posse dici,ꝙ aut Eps vult se intromittere, qñ hæres est negligens in relictis non pijs subtrahendo fructus,& alia emolumenta non aũt veniendo ad priuationẽ hæreditatis:& tunc possit, & ita intelligat hæc auth.vult se intromittere priuando hæredem, & tũc vr̃,ꝙ non possit se intromittere ad finem,vt capiat hęreditatẽ.& vt ipse distribuat,sed ad finem, vt deferatur personis de quibus in dicta auth.amplius hoc bñ possit.& sic possit etiã istud capitulũ intelligi,& suppleri per dictã auth.& per d.§.si quis autem non implens.& scd̃m hoc ẽt posset dici, ꝙ personæ nominatę in dicta auth.haberent electionẽ, an vellent agere contra hr̃dem non implentẽ coram iudice seculari, an vero coram Epo.pōt etiã dici,ꝙ aut Eps solũ vult se intromittere,vt fiat executio relictorũ ad non pias causas.& tunc ꝓcedat opi.Inn.& Host.aut ad fin.vt tota hæreditas deferat̃.& tunc hẽat se intromittere. per id,qđ hr̃ in dictã auth.amplius.cõiter tñ practicatur,ꝙ Epi se non impediant de relic.ad non pias causas.sed de relic. ad pias causas. & absq; dubio illa vr̃ magis expedita opi.ꝙ solum hẽat se impedire de relic.ad pias causas.& prædicta ꝓcedunt, qñ iura puniunt contumaciã hęredis.¶†Quid aũt si testator ap-

14 ponat pęnã priuationis ab hęreditate in casu negligẽtiæ,vel delicti,nec ꝓuidet ad quẽ hæreditas deuoluatur,cui tunc applicabit̃.? remittit do.Pe.ad no.ꝑ Bar. in l.vxorẽ.§.hæres.de lega.3.vbi vr̃ dicere, ꝙ applica

15 bit̃ substituto, vel coniuncto. ¶† Tangit ẽt vltimus intra q̃tum tp̃s debeat hęres exequi voluntatẽ defuncti.& concludit, ꝙ intra annum a die monitionis,vt dicit.gl.j.& concludit, ꝙ in relictis ad pias cãs poterit statim mortuo testatore facere monitionem: quia in eis non requirit̃ aditio,vt ẽt tetigi suꝑ gl.j.de quo tñ dicet̃ in c.cũ tibi.ĩ.eo.in alijs aũt relictis q̃ capiũt effectũ ex aditione.l.si nemo.ff.de testa.tut.dicit,ꝙ si vera esset opi.Inn.& Host.ꝙ ad Epm in talibus deuolueret̃ executio videret̃ sequi vnum inconueniens, vt ꝙ Eps posset monere hęredem anteq̃ adeat,& sic causatiuè, & indirectè cogere possit ad adeundũ intra annũ,cum tñ possit perpetuo,seu vsq; ad xxx. annos adire.vt legit̃,& no.in l.licèt.C.de iure delib.qđ vr̃ esse absurdũ,q̃a sic in effectu ad petitionẽ legatariorũ, seu ꝑ legatarios particulares cogeret̃ hr̃s adire sub pœna priuationis,qđ esse nõ debet:q̃a ad petitionem vniuersalis fideicõmissarij non aũt particularium legatariorum cogit̃ hæres adire.l.j. & per to-

a Recepit beneficiũ. Vide pro hoc.d.Ca. I cle.j.§.iõque. de reliq.& ven. sancto.qui discurrit ꝑ oẽs casus. & ꝑ Hosti. in summa. đ pe.& do in c.transmissa đ deci-

16 tum.ff.ad trebel.¶†Vlterius quærit hic.do.Pet.quia hic loquit̃ de ꝯpulsione hęredis.Quid si tertius possidet bona testatoris qui reliquit centũ pauperibus,an Eps poterit illum cogere ad soluendũ. vr̃ꝙ non.quia non allegat se hęredẽ.& sic cõtra eũ non vr̃ competere petitio legatorũ.¶ Contrariũ tenuit Bal. f̃m eũ in repetitione.l.j.C.de sac. san.ccc. vbi dicit,ꝙ aut cogetur soluere,aut bona dimittere.per l.j.§. toties. ff. si quis omissa causa testamenti.nam licèt talis nõ habeat titulũ lucratiuum hẽt tñ possessionẽ lucratiuam

17 f̃m eũ,qđ tene mẽti.¶†Tangit ẽt vlterius, ꝙ vbi relinquit̃ pauperibus Eps dr̃ habere ius,& nomen hæredis.vt patet in d.l.si quis ad declinandã. & sic hẽt actionẽ corã quo debebit agere ꝯ detentores bonorum.nã corã se non vr̃ posse agere,q̃a sic esset actor, & iudex in eadẽ causa,ꝯtra id qđ hr̃ in l.vna.ne quis in supradicta.l.nulli.eo.ti.dat Epo petitionẽ, & non cognitionẽ. ideo vr̃, ꝙ de iure dẽret agere corã p̃side loci.dicit tñ Iac.de But.in d.l.nulli. ad fin.ꝙ Epi sibi vsurpant totũ,& sic petitionẽ.& cognitionẽ. & licèt ipse non dicat.& do.Pe.ipsi non agunt, sed faciunt, ꝙ syndicus pauperũ agit. & ita fit quotidie in practica.facit,qđ le.& no.in c.insuꝑ.s̃.de testis.an aũt Episcopus in casu.d.l.si quis ad declinandã. qñ pauperes sunt instituti.& Episcopus censet̃ hr̃e ius, & nomen hæredis, an poterit petere se intromitti ex edicto diui Adriani, vr̃ ꝙ non.q̃a illud remediũ solũ vr̃ competere hæredi scripto,sed Eps non est hæres scriptus, ergo,&c.Contrariũ tenuit But.in d.l.si quis ad declinandã:quia ex quò hẽt ius,& nomẽ heredis ꝑꝑ institutionẽ factã de pauperibus non dẽt sibi deficere dictũ remediũ: q̃a sicut nomẽ alicui⁹ ip̃m designat dictũ nomẽ pauperũ in dicto casu representat Ep̃m.

SVMMARIVM.

1 *Eleemosinam dare potius dẽt quis ei cui est obnoxius,seu a quo recipit beneficium pari indigentia subsistente.*
2 *Testari nõ possunt clerici de bonis ꝑ ecclesiã acq̃sitis. & nu.6. & 7.*
3 *Obligatio ad antidora non necessitat illum q̃ recipit reddere, sed obligat eum naturaliter ad antidora.& nu.8.*
4 *Obligatus pluribus dẽt prius satisfacere illi cui grauius est obligatus.*
5 *Obligatus vni ex pluribus causis si soluit partem debiti p̃sumitur sol uisse in causam duriorem.*
9 *Testari de quibus bonis possint clerici.*
10 *Clericus si hẽt plures ecclesias dẽnt bona diuidi post eius mortẽ, & vtrique ecclesiæ secundum proportionem redditutum assignari.*
11 *Et si in bonis proprijs non habeat agnatos, nec cognatos vsq; ad septimum gradum quis succedet.*
12 *Clerico,vel prælato mortuo quis possit occupare bona per eum possessa.*
13 *Hęres clerici,vel prelati,an teneatur ecclesiæ de his,quę male gessit.*
14 *Tutor durante administratione non cogitur reddere rationem,secus in prælato.*

Vm in officijs. In bonis ꝑ ecclesiã acq̃sitis seu ꝑꝑ ecclesiã clerici testari non possunt.h.d.Et primo ponit factũ damnabile.¶ Scd̃o illud dãnat.scd̃a ibi, hoc igit̃.¶In tex.ibi:p̃sumunt.supple vltimã voluntatẽ condendo,vt sic faciat ad titulũ.¶No. principium pro exordio faciendo ad inuitandũ ad remunerationẽ bñficij,vel ad excusandũ quẽ si aliũ añ

1 remunerauit cui magis q̃ erat obligat⁹.¶†No.ꝙ sub sistente pari indigẽtia danda est eleemosina potius ei

a cui est obnoxius,seu a quo recepit bñficiũ.[a]¶†No.ꝙ

2 clerici non pñt testari de bonis ꝑ ecclesiam acq̃sitis. & sic occasione ecclesiæ acq̃sitis.¶No. ꝙ in cõferendis bñficijs in ordine charitatis. habenda est dr̃ia ꝑsonarum. vnde alleg.do.Pe.dictum Tullij in lib.j.de officijs

officijs vbi dicit. Optimè aũt societas hoĩm coniunctioq; seruabit:si ꝑut q̃sq; erit coniunctissimus in eũ benignitatis plurimũ ꝯferat. Multi tñ inordinatam charitatẽ hẽnt.vt dicit Prosper in libro de vita ꝯtẽplatiua,& hr̃ in c.charitas.de pe.di.ij. tales erãt ẽt clerici de q̃b⁹ in lr̃a.¶† No.ꝙ bñficiũ mihi ab alio collatũ
3 constituit me illi obnoxiũ.vt hic patet,dum dicit teneamur,& sic me illi obligat.& dr̃ talis obligatio ad antidora.vt tangit. gl.j. vñ non necessitat illũ q̃ recipit reddere, sed obligat eum naturalr̃ ad antidora de qua naturali obligatione,& eius effectu dixi.s̃.in rubrica.de don.¶†Not.ꝙ obligatus pluribus prius dẽt
4 satisfacere illi cui grauius est obligatus.¶ Silr̃ etiam dicit lex,ꝙ †si obligatus vni ex pluribus causis soluit partẽ debiti presumitr̃ soluisse in cãm duriorẽ,hoc est in cãm q̃ plus grauabat infamiã,scd̃o in illã q̃ inducebat pęnã. Tertio in illã pro quo pignus erat obligatũ.Quarto in vetustiorẽ obligationem , & prius etiã ꝓ sua cã q̃ pro aliena.l.ex pluribus.ff.de so.& l.j.eo.
6 ti.& ibi de materia.¶†No.ꝙ nõ solũ ꝑlati,sed ẽt clerici non pñt testari de bonis q̃sitis ex bonis ecclesiæ , vt satis colligit̃ hic,dum gñaliter dicit. Quidam clerici,&c.& sic facit,ꝙ non solum in ꝑlatis , sed etiã in clericis vendicet sibi locũ illa ꝑsumptio, ꝙ illa q̃ q̃siuerunt intelligat̃ de bonis ecclesiæ q̃siuisse: sed ẽt habeat locũ in oĩbus alijs clericis.Quidã tñ,& forte nõ malè scd̃m Inn.ꝙ in illis clericis q̃ nõ sunt ꝑlati, sed simplices clerici ꝑsumit̃ acq̃ri intuitu ꝑsonæ, & non ecclesiæ, q̃n quò ad q̃rendum noĩe ecclesiæ nullum habeant officiũ.iõ tunc suo noĩe q̃rere vñr.de quo.j.
7 dicet̃.¶†No.ꝙ nullus clericus, vel ꝑlatus de reb.ec. etiã mobilibus põt testari, vt hic ꝓbatur.& j̃.c. ꝓxi. pñt tñ in egritudine constituti aliqua intuitu eleemosinæ errogare.j̃.eo.in c. ad hęc.& silr̃ aliqua ꝯferre remunerationẽ laborũ,seu seruitiorũ sibi exhibitorum tam a consanguineis q̃ ab alijs.j̃.eo.c.relatũ.§. licèt. & idẽ vr̃ dicendũ de rebus quas emerunt de redditibus suis.12.q.j.c.Epi.de rebus.& q.3.c.j.& q. v. qui sunt. pñt ẽt testari si hoc hẽt cõsuetudo saltẽ de aliq̃bus mobilib⁹ ſm Vgutionẽ in c.si Eps.12.q.v.ꝓ quo facit.c.cæterũ.s̃.de don.& qd̃ hr̃.j̃.eo. relatum.¶ Itẽ põt testari de re mobili ecclesiæ.si in recõpensationẽ relicti tm̃ daret ecclesię.facit,qd̃ hr̃ in præallegato.c. si Eps.& 12.q.2.in c.si quis clericus.& si quos seruis.
8 ¶†In gl.j.ibi naturaliter obligat̃.talis tñ obligatio nõ est efficax ad agendũ.vt legit̃,& no.in §.cõsuluit.inferius allegato. & tetigi in notabilibus.s̃.de dona. in rubri.& adde,qd̃ no.gl.in cle.Romani.ver. vtrunq;. de iureiur.vbi tangit de verbo, antidora.¶ Extra gl. Inn.hic tangit principaliter duo.primo de quibus bonis pñt clerici testari.scd̃o q̃s mortuo prælato potuit occupare bona per ipsum possessa , cum magnum sit cõmodũ possessionis.instit.de interdic.§.cõmodũ. & facit.s̃.de probatio.in c.ex literis.¶†Circa primum [a]
9 ꝯcludit , ꝙ quædam sunt bona de quibus constat,ꝙ sunt ecclesiæ . & in istis certum est.ꝙ non põt cleric⁹ nec ꝑlatus testari,vt hic patet.& j̃.eo.ad hoc.& c.relatũ.nec vr̃ ẽt illa alteri posse conferre per istum tex. & per iura ꝑallegata.fallit tñ in casibus de quibus dixi in vltimo notabili . Quædã aũt sunt bona q̃ cõstat esse ipsorũ clericorũ . & tũc in istis possunt clerici ad suũ libitũ testari.per id,qd̃ hr̃.j̃.eo. quia nos. & 12.q. v.ca.j.& 2.& q.3.c.j.q.2.c.sint manifestæ. & si de his non fuerunt testati spectabunt ad ꝯsanguineos ipsorũ clericorũ succedẽtes ab intesta.facit,qd̃ hr̃ in c.j.& 2.j̃.ti.j.& qd̃ ibi dicet̃,& ꝑdicta ꝓcedũt,siue talia bona fuerũt clericorũ añ clericatũ, siue obuenerint postea.& donatio sibi fcã intuitu ꝑsonę,vel ex artificio autdoctrina.j̃.e.q̃a nos.& c.relatũ.&c.req̃sisti.¶Itẽ ꝑdicta sunt vera in casu certi. Si aũt sit dubiũ,an sint bona clerici,vel prælati,an ecclesiæ,& an sint acq̃sita intuitu personæ,an vero intuitu ecclesiæ hoc casũ refert d.Flo.Inn.dicere ꝙ quia in his difficiles, & quasi impossibiles sunt probationes.s. q̃d & q̃tum de redditibus ecclesiæ,& q̃tum de proprio emerit, seu acq̃siuerit,qd̃ in hoc dubio iudex multũ ꝓcedet ex præsumptionibus,& ꝯiecturis, cũ ꝯtingat ẽt q̃nq; vnam ꝑsumptionẽ elidere aliã.s̃.de ꝑsum.c.illud. & c.literas.pro tanto iudex habebit arbitrari quãtũ sit patrimoniũ clerici,& quot sunt eius redditus, & silr̃ quot sunt redditus ecclesiæ.¶Item quid lucret̃,seu fuerit lucratus clericus de artificio,seu doctrina , vt si forte fuerit scriptor,vel magister scholariũ,vel ẽt ex industria,si forte fuerit doctor, & lucratus sit ex aduocatione,vel ex lectura.facit qd̃ infra dicet̃ . Et istud intelligit,q̃n sunt cõiecturæ,qd̃ aliqua acquisiuerit intuitu personæ,& aliqua intuitu ecclesię,in dubio autem ꝑsumetur pro ecclesia.all.c.iij.vbi de hoc.s̃.ti.j. & sic residet,sed de hoc forte.j̃.latius dicã.Et ex ꝑdictis infert d.Flor.ad q̃õnem,quã dicit fuisse de facto. nã summus vates,& orator d.Fran.Petrarcha, dũ vixit possedit quasdam domos in ciuitate Parmæ in qua fuit Archi.ecclesiæ Parmensis, & eo defuncto hæres ipsius laicus tenuit dictas domos,& deinde tractu tẽporis ipso hærede absente successor in Archidiaconatu occupauit dictas domos.vnde suꝑ illis orta fuit q̃õ inter hæredem dicti dñi Francisci, & dictum successorẽ ĩ Archidiaconatu,& q̃rebat̃ quid esset præsumendum . nã dicebat hæres domos fuisse acquisitas per dictũ d.Fran.anteq̃ esset Archi.successor vero in archidiaconatu hoc negabat dicens, ꝙ erant acq̃sita intuitu personæ aditus,tãdẽ super hoc fuit habitum consiliũ,& finaliter fuit consultũ, ꝙ aut ꝯstare poterat domos fuisse q̃sitas ante archidiaconatũ,aut non, primo casu tales domos censet̃ peculiũ quasi castrense,vt dictũ fuit super Rub.s̃.ti.j.ideo potuit d.Frã.de illis testari.per id qd̃ hr̃ infra in c.quia nos.& in l.sacrosan.C.de Epis.& cle.& dato ꝙ expresse nõ dispo suerit de illis tñ hæres eius etiã laicus successit in illis.xij.q.j.c.sint manifeste.& facit qd̃ hr̃ in auth.sententiam.C.de Epi.& cle.& xij.q.4.c.ij.& qd̃ ibi no. & s̃.tit.j.c.ij.iij.& iiij. dum in illis dr̃ postea emerit a ꝯrio sensu.vñ hoc casu nullo iure p̃t se tueri successor in archidiaconatu.¶Secundo casu,q̃n non põt constare,ꝙ præsumitur ante archidiaconatum, tũc vr̃ ꝑsumendum pro archidiaconatu.per id qd̃ hr̃ in c.pe. s̃.ti.j.¶In contrarium facit,quia vt prędixi hæres laicus possedit aliquãdiu dictas domos.ideo vr̃ sibi cõpetere interdictum,vñ vi,si nõ fuit admissus ad possessionem.per id qd̃ hr̃ in c.olim causam.s̃.de restitu. spo.& in l.clã possidere.§.qui ad nundinas.ff.de acq. pos.Conclusum fuit ꝙ aut constabat , ꝙ antequam fieret archidiaconus habebat proprium patrimoniũ, aut constabat,ꝙ non habebat,aut erat dubium . primo casu acquisita non præsumebantur acquisita intuitu ecclesiæ,nec ꝑsonę.& sic non erat præsumptio pro hærede,nec pro successore.s̃.tit.j.c.j.a sensu contrario.vbi patet ꝙ præsumitur ꝓ ecclesia solũ eo casu quo clericus nihil hñs patrimonij fuit promotus . & ideo hoc casu standum est regulæ , vt præsumatur pro possessore.xij.q.j.c.j.& ideo cũ præsupponat̃ , ꝙ hęres fuit in possessione aliquãdiu debebat ante omnia restitui.per id quod hr̃.s̃.de resti.spo.c.in literis. & c.item cum q̃s.quo restituto , si successor aget incumbet sibi probatio.s̃.de probat.in c.literis . Si autem hęres non fuisset in possessione, tunc dicit quòd

[a] Circa primum. Add hic d.Abb. in j.co.ver sic. sed hic quæro.

inęqualitas portionis arguendo de tempore ad rem. arg.l.mile sita.§.& quia diximus.ff. de militari testamento.¶†Vndecimo iuxta prædicta q̃rit̃,quid si nõ sit inęqualitas portionũ per modum quotæ. sed aliter,vt quia testator habebat duas filias,& duos filios masculos oẽs impuberes in potestate,& masculos instituit vniuersales hr̃des, & fœminas in re certa.demum dixit oẽs filios meos inuicem substituo. An filię intelligent̃ cũ masculis substitutę, ita ꝙ moriente vno masculo,vel repudiante,veniant fęminę cum alio masculo. An vero veniet solum alter masculus. Bar.notabiliter dicit. in d.l.Lucius. ꝙ fęminæ nõ intelligent̃ substitutæ cũ masculis: sed solum masculi inuicem.mouetur,q̃a substitutio reciproca in dubio vr̃ esse facta in portionibus hæreditarijs per l. si plures.& l.qui plures.ff.de vul.& pu.¶Sed fęminę institutæ ex certa re non dicuntur esse hęredes in portione hæreditaria.Nec in quota parte hr̃ditatis,nec simpliciter appellãtur hæredes. sed dicuntur hęredes ex re certa.& sic hęredes rei singularis,vt legitur.& no. in l.j.§.si ex fundo.& in l.ex facto.ff.de hære.insti. & in l.quoties.de hær.inst.& dixi circa finem huius gl. pręcedentis,& tales instituti in re certa etiam hñr loco legatarij. alio vniuersaliter instituto.d.l. quoties. & no.in gl.præcedenti ad finem, & sic non vñr habere ius accrescendi.cum alio vniuersali hęrede,vel ex quota.Cum inter legatarios, & hæredes non videat̃ habere locum ius accrescendi.l.eam quam.C. de fideicõmis.& pro ista parte etiam facit,quia inter masculos cum sint vocati ad portionem hæreditariã habet locum ius accrescendi. facit quod hr̃.in l.j.§. his ita.C. de cadu. tol. non aũt vocantur dictæ fœminæ ad ius accrescẽdi cum sint institutæ in re certa, vt est dictum,ideo vr̃,ꝙ masculi intelligũtur inuicem substituti,& non fœminæ cum eis.arg.l.cohæredi.§. qui discretas.ff.de vul.& pupil. & sic videtur.ꝙ mortuo vno masculo, vel repudiante inuitabitur solum alter masculus,& non fęminæ s̃m Bar.sed aduerte, q̃a Angelus.in d.l.Lucius. dicit, ꝙ licèt altero ex masculis superstite non inuitentur fœminæ.tñ fortè ambobus masculis mortuis inuitabuntur fœminæ.ar.eius, qđ habetur in simili.in d.l. cohæredi.§. qui discretas. & pro hoc etiam allegat, q̃a licèt filię non sint hæredes ex quota,tñ hñt ius accrescendi repudiãtibus masculis ex vniuerso institutis.iuxta no.in præallegatã.l.j. §.qui ex fundo.& in d.l.ex facto.& p̃allegata .l.quoties. & dictum fuit super fine gl.præcedentis,allegat ẽt in arg.quod hr̃ in l.cum auus.ff.de cond.& demõ. & in l.cum acutissimi.C. de fideicommissis . pro hoc etiã bene facit,licèt non allegęt, quod hr̃ in l.Paulo Calimacho.§.j.ff.de leg.3.per quam.l.videtur , ꝙ licèt ipse fœminę excludantur extantibus masculis ,tamen eis mortuis, vel repudiantibus non videntur excludi. sed potius inuitari per dictam substitutionem reciprocam , & p̃sertim cũ dicto casu, q̃n filij essent exclusi morte, vel repudiatione filiæ censerentur esse hęredes ex quota,per ea quæ hñr in d.§. si ex fundo.cum alijs superius allegatis . idẽ in effectu voluit Bal.in l.in testamento.C.de mili.test.in vj.& in 7.q. nam cõcludit.in vj.ꝙ si testator habebat duos masculos.& vnam fœminam. & instituit masculos vniuersaliter.& fęminam in re certa .& hęredes suos inuicẽ substituit, ꝙ si moriatur vnus masculuus . & oẽs sint impuberes tam masculi q̃ fœminæ, vel vnus masculus repudiet,ꝙ alter veniet.sed si ambo moriunt̃ .tũc vocabitur fęmina.ar.dicti.§.qui discretas.nam primo loco intelligentur masculi inuicem substituti , & eis deficientibus fęminæ. ¶In septima aũt.q.concludit, ꝙ si erant duo masculi instituti vniuersaliter . & duæ fęminæ in re certa,& oẽs impuberes,& in potestate, & demũ dicat has filias meas, & hos filios meos omnes inuicem substituo,ꝙ intelliguntur etiã ex mente testãtis fęminæ inuitate, & ẽt ꝑꝑ distributiuũ vniuersale oẽs.facit qđ hr̃ in l.is qui duceta.§.vtrũ.ff. de rebus dubijs.& in c.solitæ ad fin.s̃.de maiori. & obe.& in l.a procuratore.C.manda.per gl.intelligent̃ tñ inuitate s̃m eum quodã ordine seruato, vt primo vocẽtur masculi inuicẽ.Inter quos ꝓpriè hẽt locum ius accrescendi cum sint vniuersaliter instituti.& sic vocẽtur ad portiones hæreditarias.arg.dicti.§. qui discretas.sed illis deficientibus vocabuntur fœminæ. q̃uis institutæ in re certa, cum ille admittantur ad ius accrescendi , q̃n excluduntur vniuersaliter instituti .& sic post vniuersales hæredes.d.§. si ex fundo.cum ibi no.& C.de inoffi.testa.auth.nouissima.Et subdit , ꝙ substitutio reciproca tunc habet locum quò ad eas pro legitima portione. & ideo filiæ prædictæ ita diui dentur.allegat.§.cæterum.in auth.vt cũ de app.cog. colla.8.& ubi omnia sunt paria. diuidentur in capita s̃m eũ.sed certè ista vltima verba nõ vñr bene dicta. nec video bene quid dicere voluerint. nam si vltimo loco vocantur ꝑꝑ ius accrescendi,ꝙ vltimo loco habent locũ s̃m eum. tunc dẽnt censeri hæredes detracta mentione rei certę.d.§.si ex fundo.& sic ur̃, ꝙ siue res in quibus fuerint institutæ. fuerint paris quãtitatis, seu valoris.siue nõ, debeant pariter vocari eo casu quo vltimo loco vocãtur.licèt ipse aliter videatur sentire.¶Item aduerte, q̃a posset dici,ꝙ licèt,q̃n ambo filij repudiarent tũc possent venire fęminæ ad hr̃ditatem, per id qđ hr̃ in d.§.si ex fundo . tñ posset dici,ꝙ non venient,vt substitutæ.sed ex iuris dispositione ne testator decedat ꝓ parte testatus. & ꝓ parte intestatus.cũ illud repugnet iuri.ff.de reg.iu. in l. ius nostrum, ꝑꝑ quã rõnem institutus in re certa habet ius accrescendi repudiante vniuersali hæredе, ut dixi super fi.gl.præcedẽtis.& in §.si ex fundo.& quo ad quid posset procedere dictum Bart. quia respectu eius,qđ dixit filias nõ esse substitutas, & alio respectu dictũ Bal.& Ang.q̃a vocabuntur fœminę masculis repudiantibus si aũt masculi adiuissent,& mortui essent in pupillari ætate tunc s̃m opinionem Bald .& Ang.fœminę venient tanq̃ substitutę ex pupillari ad successionẽ ultimi morientis.sed s̃m opin.Bar.ueniẽt ab intestato,ex quò nõ intelligunt̃ substitutæ.Et opi. Bar.ur̃ esse uerior,q̃a substitutio reciproca dẽt ęqualiter determinare quò ad personas quibus fit. l. iam hoc iure.ff.de vul.& pu.Sed hoc nõ ur̃ hoc casu ęqualiter posse determinare.q̃a si filiæ intelligunt̃ substitutæ pupillariter ultimo morienti ultimor moriẽs nõ põt dici,ꝙ uideat̃ substitutus pupillariter filiabus in casu in quo filiæ p̃decederẽt.Nã masculi nõ uñr posse dici pupillr̃ substituti filiabus institutis in re certa ex eo,q̃a cũ filiæ sint institutæ in re certa substitutio facta eis intelligit̃ facta in re certa.Et sic non traheretur ad oĩa bona filiarum si filię bona haberent ,cũ sit facta per uerbũ cõe, substituo,ꝑ id qđ hr̃ in l.cogi.§. & generaliter.ff.ad Treb.Et no.Bar.in l.Centurio.in 3.q.principali in ult.seu pe.col.ff.de uulg.& pup.Et sic patet, ꝙ non esset ęqualitas si filiæ uenirent ex pupillari ad oĩa bona masculorũ , & eꝯ masculi solũ uenirent ad res certas in quibus fuerunt institutæ filiæ Et ur̃ tunc posse dici,ꝙ q̃n fit substitutio filiæ impuberi institutæ in re certa per uerbũ cõe . Ex quo non trahit̃ ad oĩa bona , ꝙ talis substõ ualet iure fideicõmissi,per id,quod habetur.in dicto.§.& generaliter. & quod not. Barto.in d.l. Centurio.& sic non vale-

ret iure directę pupillaris. & ideo non esset æqualitas inter masculos, & fęminas.& pro tãto vr̃,ꝙ de iure verior sit opinio,ꝙ masculi intelligantur inuicem substituti. & fęminę intelligant̃ inuicẽ substitutę.Nã tunc substitutio reciproca bene ęqualiter determinauit:licèt aũt nõ fœminę intelligant̃ substitutę masculis,tñ vt dixi si adiuerunt hæreditatem,& moriantur potuerunt fęminæ vltimo morienti ab intestato venire,per ea quę superius dixi.Aduerte tñ,ꝙ si esset vna fęmina tantum instituta in re certa , & vnus masculus tm̃ ex vniuerso,si testator postea dicat hr̃des meos inuicem substituo,tunc necessario vr̃ inuitata fœmina ex illa substõne.ex quò alius non est qui possit inuitari.ar.l.fi.ff.ad Treb.Tertiodecimo q̃rit̃,q.d si aliquis instituat duos filios impuberes, & in potestate. & dicat si quis eorum nõ erit hęres eos inuicem substituo,an in tali breuiloqua cõtinebit̃ pupillaris . dic fm̃ Bar.in d.l.Lucius ꝙ non ratione breuiloquæ, q̃a per dicta verba solũ vr̃ fieri vulgaris expressa inuicẽ , vt patet ex tenore verborũ . rõne tñ vulgaris expressę continebitur tacita pupillaris. d.l. iam hoc iure.iõ tunc non excluderet̃ mater per l.fi.C.de inst.& substi.& in l.precibus.C.de impu.& alijs substi.sed si cõprehenderet̃ in breuiloqua excluderet mr̃em, vt dictũ fuit superius.in 3.q.Quartodecimo q̃rit̃,vtrũ substitutio reciproca cõtineat fideicõmissariã.cõiter tenet̃,ꝙ non per l.iam hoc iure.ff.de vul.& pup.dũ dicit in vulgarem tantũmõ casum.& c.nec ob.l. Sceuola.ff.ad Treb.quia ibi substitutio reciproca facta fuit in codicillis.& sic nõ poterat valere iure directo. q̃a hæreditas directa non põt dari in codicillis.l. hæreditatem.C.de codi.¶Item nõ ob.l.qui plures.la prima.ff.de vul.& pup.dũ dicit,ꝙ substitutio reciproca intelligit̃ facta in oẽm casum, q̃a exponi dẽt fm̃ Dy. idest in oẽm euentũ directæ substitutionis,per id qđ hr̃.in d.l.iam hoc iure . Et pro hoc ẽt allegat.Dy. q̃a substõ reciproca a prin. valet,vulgaris iure directo.iõ non debet postea valere iure fideicõmissi per l.verbis ciuilibus.& l.in pupillari.ff.de vulg.& pup. Sed Bar. non placet ista ratio,quia nõ est absonũ, ꝙ substõ aliqua valeat iure directo,vt vulgaris añ aditã hr̃ditatẽ & post aditã hr̃ditatem ualeat,vt fideicõmissaria , ꝑ id qđ no.idem Bar.in materia compendiosę,in l.Cẽturio in 3.q.prin.in pe.col.Sed bene est verũ, ꝙ nulla substitutio post aditam hæreditatem si semel valet iure directo r̃r non obliquat̃. & sic non valet postea iure fideicõmissi.vt no.in d.l.Cẽturio.& in l.ꝑcibus. Fatetur tñ Bar. ꝙ vbi fit simpl̃r reciproca non continet fideicõmissariã ꝑ d.l.iã hoc iure.cõpendiosa tñ, q̃a illa multa comprehendit tp̃a bene põt ꝯprehẽdere fideicõmissariã post aditam hr̃ditatẽ, licèt cõprehendat vulgarem añ aditã hr̃ditatem.vt not. Bart.in d.l.Centurio.& dicet̃ in materia compendiosę.& in hac.q.An breuiloqua contineat fideicõmissariã potes latius concludere.Nã aut fit in codicillis,& tunc ꝯprehẽditur,vt ꝓbat̃ in d.l.Sceuola.& rõ est, q̃a tũc nõ pt̃ ꝯprehendere vulgarẽ cũ illa sit substitutio directa cũ illa datur directo hr̃ditas,qđ in codicilli fieri non põt:vt est dictũ.facit qđ no.gl.in d.l.verbis ciuilibus.aut fuit facta in testõ. & tunc,aut dictũ fuit , & eos inuicẽ substituo vulgariter pupillariter,& ꝑ fideicõmissum,ꝑut consueuit esse moris notariorũ apponere in testis . q̃ tñ cũ non bñ intelligunt virtutẽ dictorũ verborũ, sed non hẽt id vitiare fm̃ Bal. in d. l.iam hoc iure.vbi dicit post Cy. ꝙ tales notarij sunt similes bene cantantibus per practicã,sed non ꝑ rõnem.Et hoc casu nõ est dubiũ, ꝙ talis substõ reciproca continebit ẽt fideicommissariã ꝑ p expressam voluntatẽ testantis. & de intellectu dictorũ verborũ tangit Bart.in d.l.Centurio.in 4.q. princi.& tangitur in materia compdẽiosæ.¶Aduerte tñ,quia non bene , facit tabellio dicta verba apponere,nisi intelligat eorum sensum.& illud declaret testatori.¶ Interdum vero dicta verba non adijciuntur , & tunc , aut dicta breuiloqua fit simpliciter sine conditione denotãter tractum successiuũ tp̃is,puta,quia simpliciter dicit testator eos inuicẽ substituo,vel si quis eorum hr̃s non erit inuicem substituo.¶ Cum hoc secundo casu solus casus vulgaris exprimat̃, vt superius dixi . & tunc non ꝯprehendit̃ fideicõmissaria , sed solũ vulgaris si facta sit personis imparibus. vt quia fortè vnus sit pubes alter impubes . aliàs posset continere ẽt pupillarem.d.l.iam hoc iure.ver.sed si alter.facit qđ no. gl. & Bar.in l.gallus.§.j.de liberis,& posthu.Aut apposita est conditio denotans tractum tp̃is,& alia quam substõnis vulgaris.puta,si dixerit,si q̃s eorũ decesserit sine liberis eos inuicẽ substituo.tunc q̃a talis substitutio cadit etiam in compendiosam quæ tunc vr̃ reciprocè facta , & ipsa cõpendiosa ꝯprehendit sui natura vulgarẽ adueniẽte casu vulgaris . Itẽ pupillarem adueniente casu pupillaris . Itẽ fideicõmissariã post pupillarẽ ætatem,ex quò facta est ꝑ verbũ cõe. & sic aptã ad aliquã substõnem,seu fideicõmissariã. vt satis probat̃ in hoc.c.iuncto.c.si pater.ꝭ.eo.in vj.& no. ꝑ Bar.in d.l.Centurio. & dicet̃ in materia ꝯpẽdiosa merito tunc ꝯtinebit fideicommissariã.nec ob.si dicat̃,ꝙ ex quò potest a principio valere iure directo:vt vulgaris,postea non debet obliquari per ꝑallegatam. l.uerbis ciuilibus.& l.in pup.cũ ibi notatis.ff.de vul. & pup.quia illa regula ꝓcedit,qñ ab initio potuit valere iure directo post aditã hr̃ditatẽ. & sic non attendit̃,ꝙ iure directo potuerit ualere ante aditam hęreditatem.facit qđ no.Bar.in d l.Centurio.in 3.principali.q.¶Item illa regula ꝓcedit, qñ fuit facta ꝑ verba directa ciuilia.secus si per uerbũ cõe,uel directũ non ciuile.ut in hoc.c.iuncto.d.c.si pater. & no. per Bar.in d.l.Centurio.& dicetur in materia cõpendiosa.& facit ad ꝑdicta,qđ notauit Bald.in d.l. in testamento.C.de mili.testa.in 3.q.vbi concludit , ꝙ si testator instituit filios impuberes.& demũ dicit.Et qñcunq; filij mei decesserint eos inuicẽ substituo.nã dicit. ꝙ hoc casu mista est substõ reciproca cũ cõpendiosa,& ꝙ in vna deficit ex alia suppletur . & iõ licèt vbi est simplex reciproca non ꝯprehendat̃ fideicommissaria:tñ qñ est mista cũ ꝯpendiosa bñ ꝯprehendit̃

173 vt superius est dictũ.¶†Quid aũt si testator dicat,filiũ meũ instituo,& ei Titiũ substituo,si filiꝰ sit impubes,& furiosus,vel mẽtecaptꝰ.An ꝯtinebit talis substitutio vulgarẽ tm̃:an vero ẽt pupillarẽ,& exẽplariã: & ẽt fideicõmissariã.si decedat pubes factus sanę mẽtis.Bald. tetigit in l.humanitatis.C.de impu.& alijs subst.& vr̃,ꝙ ꝯtineat solũ vulgarẽ ꝑ notata.in d.l.gallus.§.j.ipse tenet ꝯ̃riũ dicens,ꝙ dicta substõ est indefinita,& apta cõꝑhẽdere oẽs casus ꝑdictos : ergo oẽs intelligat̃ ꝯprehendere.ar.l.de ꝑtio.ff.de publicia. & ꝭ.de priui.c.q̃a circa.& ar.c.j.ꝭ.e.in vj. non ob.l.gallus.§.j.quia ibi loq̃t̃, qñ substõ fuit facta fm̃ ꝯsiliũ galli,& est facta de nepotę ex filio quo casu intelligit̃ facta si filius moriet̃ viuo pr̃e:ut ibi patet.& sic si hr̃s esse nõ poterit: iõ tũc solũ ꝯprehẽdit vulgarẽ:sed hic loquimur,qñ aliàs q̃s simpl̃r substituit̃ filio quo casu cessat rõ ꝑdicta : & q̃a est indefinita ur̃ cõprehẽdere oẽs substões ꝑdictas . Sed ego nõ uideo quare hoc casu ꝯphẽdat fideicõmissariã: ex quò est simplex fcã qñ substõ reciproca fit simpl̃r.& iõ putarẽ,ꝙ in dicto casu nõ ꝯtineat̃ fideicommissaria in dubio,sicut nec in reci-

in reciproca simpl'r facta cū eadē ratio uideat vtrobique.& ꝑ ꝯns idē ius dici debet.arg.l.illud.cū si.ff.ad l.Aquil.& s.de transla.in c.ij. & sic solū cōtinebit directas.& per ꝯns vulgarē pupillarē,& exēplariā, qđ tene menti.¶ Duodecimo,& vltimo qrit,qd si testator hñs quatuor filios impuberes, & in ptāte,quorū duo sunt ex prima vxore, & duo alij ex scd'a, & eos pariter instituit.& demū ipsos inuicē substituit. an si repudiauerit vnus ex dictis filijs hrditatem, vel decedat illa hrditate adita admittet solus vtriusq; coniūctus. An vero admittent oēs ad hrditatē, & partē illius.Dy.tenuit.in l.cohrdi.§. qui discretas.ff. de vul. pup.ꝙ admittet solū vtrinq; coniūctus.ar.illius text. qa sicut ibi, qñ plures sunt hæredes instituti. & duo ex eis simul fuerunt coniuncti in institutione altero ipsorū repudiante coniunctus solus admittit. Ita ēt vr̄, ꝙ in casu pdicto,ex quo aliqui sunt ꝯiuncti simul ex dispositione legis,uī ꝙ ille solus qui est coniūctus ex vtroq; latere ex legis dispositione dēat admitti ęq parando coniunctionem legis coniunctioni hoīs.allegat.in ar.l.testō.ff. de hære.insti.q̄ prima facie parū vr̄ facere. Nā dicit,ꝙ si seruus sit institutus cū libertate a dño non erit postea mortuo ipso dño testante sibi hr̄s necessarius. si fortè ex legis dispōne cōsequat libertatē post mortē testantis pendente ꝯditione sub qua fuit institutus,licèt illa postea eueniat.Et sic parū vr̄ facere:sed fortè uoluit inducere hoc modo,ꝙ sicut si seruus institutus cū libertate post testm̄ ꝯsequatur libertatē ab ipso testatore. & sic facto ipsius testātis non esset postea ei hæres necessarius,ita ēt qñ consequit libertatē ex dispositione legis nō est hæres necessarius.& sic factū testatoris, & factū legis vñr ęqparari.& ꝑ hoc ēt pōt allegari licèt nō alleget, qđ hr̄ in l.j.C.cōia de leg.¶ Sed Ray.& Bar.tenuerunt cōtrariū ex eo: quia præfati filij oēs fuerunt pariter a testatore dilecti,& vocantur ex dispositione testantis q parem affectionem ad oēs vr̄ habuisse. & sic pariter oēs dēnt vocari. Nam & ēt oēs pariter uocarentur ad successionem patris ab intestato.in auth.in successione.C.de suis,& legiti.vbi patet,ꝙ prima causa est liberorū in successione ascendentis: nec distinguitur, an sint oēs ex vtroq; parente coniuncti,vel ex altero tantum.Nec vr̄ esse bona ratio Dyni, quia fortior vr̄ esse coniunctio hominis quā legis:vt patet ex l.& ꝑculo.ff.de leg.ij.& istam partē tenuit ēt Bal. in l. iam hoc iure.ad fi.ff.de vul.& pup.& ēt tangit in d.§.qui discretas.& assignat rationē: qa dicta substitutio vr̄ subrogata loco iuris accrescendi: vt colligit ex d.§. qui discretas.faciat.l.si Titio.& Meuio.§.Iulianus.ff. de leg.ij. cum ergo si non esset facta substitutio venirent oēs pariter per ius accrescendi: qa portio accrescit portioni pro rata.l.si totam.ff.de acqui.hrdi.& l. si ex pluribus.ff.de legiti.hęredi.Et pro hoc, quia vt dicit Bar.in d.l.lucius.& ēt in l.re coniuncti.de lega. iij.in 3.q.quintæ principalis qōnis cōiunctio sanguinis non inducit ius accrescendi: ideo omnes pariter vocantur ad ius accrescendi pro rata pro qua sunt hęredes: vt patet in dictis iuribus. & facit,qđ hr̄.in l.j. C.de impuberum, & alijs substitu.Ideo eodē mō debent oēs venire ad substōnem.facit,qđ hr̄. in d.l. Et istam partem tenuit etiam Bal.ꝑallega.l.in testamento.C.de milita.testa.& cū illa cōiter transeunt doct. ¶ Nec obst. qđ hr̄ in auth.itaq;.C.cōia de successio. qa loquitur,qñ agitur de succedēdo ab intestato fratri ex legis dispositione,quo casu pręfert vtrinq; cōiunctus coniuncto ex altero latere tantum ꝑꝑ duplex vinculū, qđ est fortius q̄ vnum.hic autem loqmur,qñ fratres vocātur ad successionem alterius fratris ex dispositione patris qui parem affectionem ex iuris dispositione vĩ ad oēs habere,cum & oēs etiam ei pariter succedunt,qñ ab intestato decedit.¶ Quid autem si duo sunt instituti, & inuicem substituti: an possint omittere ex iure substitutionis, & habere ex iure accrescendi.Bar.remittit ad l.nec his.§.hęres.ff. de acq.hære. sed certè melius hoc declarat. in l.si tu ex parte.& in l.si quis hęres.eo.tit. quia si incipitur a repudiatione poterit habere partem quam repudiauit ex iure accrescendi si alter cohæres repudiet: qa poterit partem istius habere ex substitutione, & ꝯñr suam quam repudiauerat habebit iure accrescendi. si autem repudiat ab aditione si cohęres postea repudiet non poterit illam habere solum ex iure accrescendi:imò habebit illā iure substōnis. prout voluit testator.d.l.si quis hæres.& facit,qđ legitur,& notatur in l.quidam eulogio.C.de iure delibe.& per hæc sit expedita materia breuiloquę,seu reciprocæ substitutionis.de qua per Bart.in præalleg.l.Lucius.& ibi etiam per Ang.& per Bal.& per eundem Bal. in d.l. in testamento.C.de militari testa. Tunc restat videre de quinta specie substitutionis,videlicet,de compēdiosa.de qua per Bar.in l.Centurio.ff.de vul.& pup. & ibi etiam tangitur per gl.& in l.precibus.C. de impube.& alijs substi.& in §.qua ratione.insti.de pupilla.substi.& per Cy.Guil.But.& Bal.in d.l. precibus. & ꝑ gl.aliquid hic.& ĩ.in gl. in verbo,uel substōnis. & ēt per Inn.hic.& per gl.j.eo.c.j.in vj.in verbo,absque detractione.& per Io.And.in nouella,super dicta gl.& super.d.c.j.& per gl.hic in ver. compendiosa.& ĩ.in gl. in ver.vel substitu.do. Ant. hic multum breuiter pertransiuit. nam tetigit quare dr̄ compendiosa,& an sit species per se,& per quæ verba fiat. & quid si fiat a pagano, hoc est nō milite puberi. & qd etiam si fiat ab eo impuberi, siue fiat per verba directa ciuilia.siue ꝑ verba directa nō ciuilia:siue ꝑ verba cōia siue ꝑ uerba obliqua, & succinctè ptransit nō multū se extēdēdo:sed in effectu ponēdo ꝯclusionē Bar.in d.l.Cēturio.cū qua vr̄ ꝑtrāsire,licèt qñ substitutio compendiosa fit impuberi per verba directa ciuilia. dicat cōiter practicari Florentiæ opinionem Io.And.quam sequuntur canonistæ.sed do.Flor. hic latius fuit prosecutus quàm.do.Anto. prosequendo tñ ordinem Bar.in d.l.Centurio. Vnde aduerte quare Bar.in d.l.Centurio.tractauit materiam compendiosæ per quatuor,seu quinque quæstiones principa
174 les,& multas alias accessorias.¶ † Prima fuit,qd sit compendiosa substitutio.¶ Secunda quare sic dicat. ¶ Tertia an sit species de per se ab alijs.¶ Quarta qs sit eius effectus, quando fit a milite, & quando fit a pagano.¶ Quinta qualiter finiatur.¶ Ad primum dicit,ꝙ substitutio compēdiosa est substitutio quæ sub conditione mortis, vel alia multa comprehēdit tempora. Exemplum patet,si filius meus decesserit, vel quandocunque filius meus decesserit, vel tale quid fecerit:talis sit hæres, vel talem substituo.Nā ista cōprehendit tempus pupillaris ætatis,& etiam tempus pubertatis.Et potest etiam limitari tempore:vt patet in dicta.l.Centurio.pura,si dicatur,si filius meus infra.xxv.annum decesserit talem substituo,vel talis sit hæres.potest etiam esse non limitata tempore, vt cōtingit si dicatur simpliciter,si filius meus decesserit: vel si dicatur quandocunque,si filius meus decesserit.facit, quod habetur.in d.l.precibus. & in hoc capitu.& infra eodem.c.j.in vj.¶ Sed aduerte, dum dicit, ꝙ compendiosa sub conditione mortis, vel alia plura comprehendit tempora.nam potes addere, ꝙ regulariter non adijcitur alia cōditio quàm mortis,

& si adijciatur adijcitur rr simul cū cōditione mortis, vt docet experientia.facit qđ hr. in l. qui liberis.
175 ff.de vul.& pu. & hoc de primo. ¶†Circa fm dicit, ꝙ dr compendiosa,quia sub compendio verborū plures comprehendit substitutiones . & ita etiā dicit gl. in d.l.precibus. Nam potest comprehendere vulgarē, pupillarem, exemplariā,& fideicommissariā.facit qđ dixi in materia reciprocę.in prima qōne vltimæ principalis qōnis. & dicit.domi.Flo. ꝙ comprehendit plures substitutiones non actu, sed aptitudine:quia poterit accidere casus,qn̄ habebit locū ante pubertatem.& sic comprehendet directam substōnē pupillarem,& ēt vulgarem.poterit ēt contingere , ꝙ habebit locū post pubertatem si decedat ille,cui facta est substitutio post pubertatem:& tunc comprehēdat fideicōmissariam.vt patet in hoc ca.& ad præcedēs dictum facit,qđ hr.in c.j.ſ.e.in vj.Et qđ inferius etiā plenius dicetur.& ex prędictis etiā patet, ꝙ etiā sub compendio verborum plura cōprehendit tempora:quia si fiat impuberi,comprehendit tp̄s pupillaris ætatis,& ēt pubertatis. & si fiat puberi comprehēdit tp̄s minoris ætatis,& etiam maioris.Et si fieret maiori.xxv.annis.Adhuc cōprehendit multa tempora: q̄a tp̄a quæ current vsq; ad mortem eius,cui fit substō. ideo dr compendiosa: quia sub compēdio verborum plures substitutiones comprehendit saltem aptitudine,& ēt plura comprehendit tp̄a. per quæ autem verba fiat,satis petere potest ex prædictis . quia per illa verba,si filius meus decesserit:vel quandocūq; filius meus decesserit talis sit hęres,vel talem instituo, vel talem substituo.facit qđ no.in d.l.precibus. vel moriatur talis.facit quod hr.ſ.eod.c.j.in vj. vel succedat talis, facit quod hic hr,vel saltem substituo. facit qđ no.in d.l.precibus.& in d.§.qua rōne. & ꝙ etiam dixit hic gl.in ver.compendiosa.quæ in hac gl,de materia compendiosa solum posuit per quæ verba fit cōpendiosa.& hæc de secundo.
176 ¶†Circa tertium,an sit species substitutionis de per se.concludit Bar.ꝙ si fit a pagano hoc est non milite: non est species substitutionis per se:quia cadit aut in vulgarē,aut in pupillarem,aut in exemplariam, aut in fideicommissariam. & sic potius quædam adiectio substitutionis:sicut in simili dicimus de restitutione reciproca : prout dixi in tractatu ipsius reciprocæ . & etiam dicimus in simili , ꝙ actio de peculio,vel de in rem verso non est propriè actio,sed quędam adiectio.l.3.§.cui ꝯgruit. cum ibi no.ff.de pecu.In milite autē potest esse species per se,quia miles potest substituere directo post aditam hæreditatem puberi,& etiam extraneo.l.milites etiam his.ff.de testa.mili. & l. in testamento.C. de testamen.mili.qđ nō potest facere paganus.& iō si miles compendiosè substituit extraneo instituto : vel puberi compendiosè per uerba directa,vel cōmunia:tunc est species per se: q̄a valet iure directo etiā post aditam hæreditatem,quod non ꝯtingeret in pagano.& aduerte, quia qđ dr de milite non habet locū in militibus nostri tēporis in quibus non sunt requisita quæ a iure requiruntur in milite . de quibus habetur in l.pęnul.per gl.ff.ex quibus cau.ma.& inter cætera non debent esse negotiatores.quod est cōtra milites tusciæ . & debet etiam iurare non ęuitare mortē causa reipublicæ. ideo quādo ista non concurrunt,licèt quis sit miles non habet priuilegia concessa a iure militibus.vt voluit Cy.in.l.j.C.de iur.& fa. igno.& ibi etiam per Bar.& notauit etiam Bald.in l. in testamento.C.de mili.testamen.vñ dixit Cy.in d. l.j.ꝙ milites nostri tp̄is sint contenti prærogatiua, vt anteponantur in incessu,& in conuiuijs. Et sic idem in istis, qđ in paganis hoc est nō militib' quò ad priuilegia cōcessa a iure militibus. Et hoc etiam tenuit hic do.Ant.dicens:ꝙ de militibus nostri temporis nō est curandum:q̄a sunt milites gaudentes.& non pręstant iurm̄,de quo prędixi.Item aduerte,q̄a dixit Bar. in d.l. Cēturio.ꝙ verum est,ꝙ paganus non pōt substituere directo post aditam hęreditatem de iure cōi: sed interdum ex forma statuti habet potestatē substituendi directo post aditam hæreditatem . & tunc dicēdum esset idem,qđ in milite.ponit exemplū,si statuto caueatur, ꝙ filia fęmina extantibus masculis teneatur seruare oīa disposita per patrem:nam tūc fm eum vigore talis statuti paganus poterit filiæ substituere directo post aditam hæreditatē extantibus masculis.Sed aduerte:quia istud nō vr esse tutum.Exēplum, nam statutum prædictum expresse non dicit, ꝙ post aditam hæreditatem possit directo substituere nec etiā tacitè vr hoc inferre.nam vr aliter posse uerificari dictum statutum, nec poterit filia patris uoluntatē seruare restituendo oē illud in quo fuisset instituta,sicut ille qui fuisset grauatus per fideicōmissum:& postea coactus adijt hęreditatem,& restituit: & sic ēt ille qui grauatus est per militem per fideicōmissum qui restituit totū nihil detractū : q̄a in testamento militis cessat Fal.& Treb.l.j.§. is qui quadringent.& l.nam ꝙ.§.fi.ff.ad Treb.& in l.in testamēto. C.ad le.Fal. & sic posset seruare uoluntatem pr̄is ꝑ fideicommissum,& sic per uiā obliquam in totū . iō melius ur esse exēplū,si statutū disponat,ꝙ filia fęmina teneat oīa disposita per pr̄em seruare.& possit eidem directo substituere post aditam hr̄ditatē. & hęc
177 de tertio.¶†Circa quartū,uidelicet de effectu cōpēdiosę est aduertendum,ꝙ aut fit a milite,aut fit a pagano.hoc est non milite. primo casu.Aut fit per uerba directa ciuilia. puta qñcunq; decesserit institutus talis sit hæres,uel talem instituo.Aut fit ꝑ uerba obliqua:aut fit per uerba cōia: puta per uerbū substituo si fit per uerba directa ciuilia,& fiat filio impuberi in ptāte inter pupillarē ætatē ualet de iure spāli iure directo ꝑꝑ priuilegiū militis:ut patet.in d.l. Cēturio . & hoc clarū,qñ mr nō est in medio.si āt mr sit in medio tunc fm gl.in d.l.Centurio.& in l.precibus.intra pupillarē ętatē ualebit iure directo,ut pupillaris,sed post pubertatē ualebit iure fideicōmissi.& sic fauore mr̄is obliquat.& idem uoluit.glo. in d.l.precibus.q̄ vult ibi de hoc esse casum.nā intelligit.l.illam,ēt qñ facta fuit substitutio ꝑ uerba directa.& multofortius esset idē si esset facta ꝑ uerbū cōe, substituo.& istud ēt uoluit Azo in summa in ti.de impu. & alijs substi. ubi non distinguit,an fiat ꝑ uerba directa. an uero ꝑ uerba cōia.Sed Bar.in d.l.Centurio.tenet,ꝙ ēt si mater sit in medio,ex quò facta fuit ꝑ uerba directa ciuilia ualebit iure directo ēt post pubertatē per dictā.l. Centurio.q̄ indistinctè loquit.nec distinguit,an mater sit in medio,uel nō.& iō indistinctè dēt intelligi. arg.c.q̄a circa.ſ.de priui.& l.de ꝓtio.ff.de pub.Nec ob.d.l.p̄cibus.q̄a rñdet, ꝙ ibi fuit facta ꝑ uerbū cōe substituo,non aūt ꝑ uerba directa.licèt gl. ibi intelligat atr,& non bñ fm eū,& opinionē Bar.hic fm. do. Flo.dicit illā esse cōem.Sed aduerte, q̄a istud dubiū pēdet a diuersitate lr̄æ.d.l. p̄cibus. nā aliq̄ libri hñt in tex.añ uerbum,nā non est uerbū substituit . & tūc ꝓcederet rñsio Bar. Alij uero libri nō hñt illud uerbū,& ita in quadā pādecta antiqua reperio,ꝙ non est uerbū substituit , & ēt uidi aliquos alios libros illud uerbū non hr̄e.& tūc ꝓ gl.multū faceret lr̄a ibi , dū dicit,fm scripsit hr̄dem.& sic innuit,ꝙ fecit substōnē ꝑ uerba directa.ꝓut ibi gl.dixit.& ideo ur,ꝙ ex quò est ua-

est varietas literarũ in dubio non sit recedendum ab opinione gl.ꝑ id qđ dixit Iac.de Bu.in l.j.C.qui pro sua iurisdi.& præcipuè, quia alij doct.videnť transire cũ gl.excepto Bal.& Ang.in d.l.Centurio. & d.Flo. hic, q̃ stant cũ Bar.cũ quo ēt stabat dñs meus d.Frã. de Ramponibus. sed alij doc. & ipse idē Bal.in l.precibus.videnť stare cũ gl.scilicet in ver.deinde oppono ad singulas. & in versi.solutio.distinguc,qui seqť ꝑ vnã colũnam, in decima tñ oppositione,& eius solutione vř stare cũ Bar.& sic variauit in d.l.& ꝑ hoc habes qñ facta est a milite per verba directa.Si aũt facta sit ꝑ verba obliqua:tũc sp̃ valebit iure fideicommissi.l.cohæredi.§.cũ filię.ff.de uulg.& pup.Si aũt sit facta per uerba cõia,tunc intra pupillarē ætatē ualet iure directo,& simplr̃ postea si mř nõ sit in medio.Si aũt eēt ĩ medio, tũc post pupillarē ętatē ſm oēs obliquareť substõ fauore matris.ut ꝓbať in d.l.precibus.

¶Quæ autem dicantur esse uerba directa , uel obliqua,uel cõia.inferius dicetur. & quis sit effectus,an ualeat iure directo . an uero ualeat iure fideicõmissi. tangeť in d.l.Centurio.Nam longa dr̃ia est,an ualeat iure directo:an uero iure fideicommissi. & pręcipuè quatuor uñr esse dr̃iæ. Prima,q̃a qñ ualet iure directo substitutus ꝓpria authoritate põt bona accipere. nec habet necesse accipere de manu alterius.l.cũ hęredes.ff.de acq.pos.& facit,qđ legiť & no.ꝑ gloss.& doc.in l.eam q̃. C.de fideicõ.Secus qñ ualet iure fideicõmissi,q̃a oportet , ꝙ de manu alterius substitutus accipiat.l.j.& l.facta . & l.restituta.ff.ad Trebel. Secunda dr̃ia est,quia qñ substitutio ualet iure directo, substitutus habet iura sepulchrorũ . secus qñ per fideicõmissum.l. q̃a perinde.ff.ad Treb. Tertia dr̃ia est, q̃a qñ substõ ualet iure directo nõ p̃t detrahi legitima.secus qñ valet iure fideicommissi: vt le.& no. per gl.& doc.in l.precibus.& ibi per glo.in glo.fi.Et qñ valet vt fideicommissaria clarum est si facta est a pagano,ꝙ põt detrahi legitima.Sed si facta est a milite,vt fuit in casu.d.l.precibus . est magis dubiũ,quia miles vř posse priuare filiũ legitima.l.sicut certi.& l. si cum vel in vtero.C.de testamen.& de iure codicis nõ subiacebat testm̃ militis querelę.l.fi.C.de inoffi. testa.hodie tñ ꝑ ius authẽticorũ vř secus.de quo per Bar.in auth.ex cã.C.de libe.pręte.& in.l.filio pręterito.ff.de iniust.test.& sic uidereť ꝙ saltē ſm iura codicis nõ poterit detrahi legitima,sed gl.ĩ d.l.precibus. in gl.fi.multũ singulariter,& notabiliter tenuit oppositum , cũ qua cõiter trãseũt doc.excepto Bar.qui vř tenuisse ꝯrium per rõnes superius dictas . sed pro gl. facit , quia aliàs modicus fuisset fauor matris , quòd obliquareť ibi substitutio. Itē põt rñderi ad ꝯria,ꝙ licèt miles possit ſm t̃pa codicis exhęredando filium priuare eũ legitima , vel prætereundo eũ scienter : vt probatur in iuribus pręalleg.tñ si non priuauit eum. deinde instituit sibi hæredem vř quòd ex quo legitima peruenit ad filium in illa non intelligatur grauatus in dubio,vel fortè etiam tunc non poterat grauare. Nam multa iuterdũ impediunt fienda,quę nõ impediũt iam facta . arg.l.patre furioso.ff.de his q̃ sunt sui,vel ali.iur.& sic,licèt potuisset priuare,& facere, ꝙ nõ transiuisset legitima ad filiũ, tñ si hoc nõ fecit, & trãsiuit ltĩma ad filiũ vř ꝙ illã sine grauamine dēat hr̃e,vel saltē , vt dixi in dubio nõ videbiť in illa grauare.& hoc modo possit saluari gl. Quartus effectus est, q̃a qñ substõ valet iure directo veniunt restituēdi fructus ꝑcepti ēt iudicio testatoris : vt hr̃ in d.l.Centurio.ff.de vul.& pup.secus in substitutione fideicõmissaria: vt legitur,& notatur in l.in fideicõmissaria. ff.ad Treb. qđ qualiter sit intelligendum plenè etiã dixi in d.l.Centurio.& per superius dicta habes effectum substõnis cõpendiosę in milite . Potes tamen aliqualiter latius concludere : q̃a aut sit cõpendiosa a milite per verba directa: aut per obliqua:aut per cõmunia. Et si per directa,& tunc,aut facta est puberi, & valet iure directo, siue mater sit in medio, siue nõ: vt voluit gl.in l.precibus.in gl. magna . aut facta fuit impuberi,& tunc,aut mater non sit in medio,& valet iure directo etiã post pubertatem d.l.Cēturio. Aut mater est in medio:& tũc ſm gl.intra pupillarem ętatem valet,vt pupillaris . & sic iure directo, & de iure cõi. post pupillarem vero ętatem fauore matris obliquatur,& trahitur ad fideicommissum , sed ſm Bar. hoc casu ex quo facta est per verba directa,non attēditur an mater sit in medio,vel non.& ſm eum valet intra pupillarem ętatem,vt pupillaris directa.& postea post pubertatem valet iure directo ex priuilegio militis. & sic,vt ita dixerim tanq̃ substõ militaris directa,q̃ aũt opinio sit tenenda dixi superius.Si aũt facta sit ꝑ verba obliqua , clarũ ꝙ ualet oĩ t̃pe iure fideicõmissi, & de effectu substõnis fideicõmissariæ in milite satis patet ex his quæ.s̃.dixi . Si aũt sit facta ꝑ uerbum cõe,tunc similiter uidetur dicendum,quòd si facta sit puberi a milite ualeat iure directo, etiam si mater sit in medio.& ita uř esse mens gl.in d.l.ꝑcibus.Si aũt facta sit impuberi,tunc intra pupillarē ętatē ualebit , ut pupillaris : sed post pupillarem ętatē si mř non sit in medio ualebit iure directo , ꝓpter priuilegiũ militis.Si aũt mater sit in medio : tunc ſm gl. & etiã Bar.& oēs doct.ualebit iure fideicõmissi post pubertatē fauore matris. ¶Aduerte tamen,quòd tenendo, ꝙ si sit compendiosa a pagano per uerba cõia impuberi , ꝙ intra pupillarem ętatē ualeat iure directo,& post pubertatē iure fideicõmissi,de quo.ĩ.dicetur.uidereť posse dici,ꝙ qñ cõpēdiosa facta est a milite ꝑ uerba cõia intra pupillarē ętatē,ualeat ut pupillaris:sed post pupillarē ętatē,ualeat ut fideicõmissaria, etiã si mater non sit in medio sicut cõtingeret in pagano,tenēdo qđ s̃.dixi, cũ miles in dubio nõ uideať uelle uti suo priuilegio , sed potius iure cõi . per id, qđ hr̃ in l.in testamēto.C.de militari test.& in l.q̃.q̃. eo.tit.tñ ut dixi cõis opinio uř esse glos.& doc.ꝙ matre non existente in medio facta a milite impuberi per uerba cõia post pubertatē ualeat iure directo . Et tenendo opinionem cõem posset rñderi, ꝙ miles nõ intelligitur uelle uti priuilegio qñ dispositio sua esset uniformis omni tempore. & sic intelligant iura superius allegata.secus quando nõ esset uniformis , quare tũc intelligereť uti priuilegio, ut cõtingeret in casu prędicto , q̃a si nõ intelligereť uti priuilegio intra pupillarē ætatē ualeret iure directo,ut pupillaris,postea post pubertatem ualeret iure obliquo,& iure fideicommissi,& sic difformiter ualeret. & ideo ut sua dispositio sit uniformis intelligatur uelle uti priuilegio suo post t̃ps pubertatis matre nõ existente in medio : sed illa existente eius fauore obliquetur. & hæc sufficiant de effectu substõnis cõpēdiosę factę a milite . Scđo casu qñ q̃riť de effectu substõnis cõpēdiosę factæ a pagano hoc est nõ milite. Aduerte quare gl. magna.in l.precibus . tractat hunc articulum ꝑ quatuor q̃ones . Primus est qñ dicta substõ sit per uerba directa nõ adiectis illis uerbis in substitutione sine liberis,scđa qñ sit per uerba cõia , non adiectis uerbis prædictis.Tertia qñ sit per uerba directa,uel communia adiectis uerbis prædictis,sine liberis. & prædicta omnia quando substitutio facta est sub unica conceptione uerborum.Quarta quæstio est,quando substitutio prędicta fuit facta sub duplici conceptione,puta si

ta si filius meus decesserit in pupillari ætate, uel postea quandocunq;. Et in prima concludit, ꝙ si facta est impuberi, ualet ut pupillaris in pupillari ętate po stea omnino euanescit, & nullum effectum operaẽ. & sic non ualet postea iure directo, nec iure fideicõmissi de quo statim dicetur. In secunda ꝯcludit, ꝙ oĩ tpe erit fideicõmissaria. In tertia similiter concludit, ꝙ omni tpe erit fideicõmissaria. In quarta ꝯcludit, ꝙ tunc, quia sunt duę substõnes ꝑ duplicẽ cõceptionem cẽsentur esse duę substõnes valebit intra pupillarẽ ętatẽ nõ pupillaris: postea valebit, vt fideicõmissaria. hoc ẽs vr̃ esse clarum si facta fuisset per verba cõia: si esset facta per verba directa, tunc non põt esse dubium, an post pupillarẽ ætatem oĩno annullet: an vero valeat iure fideicõmissi: de quo. ĩ. tã. Et aduerte etiã: quia gl. in d. l. precibus. vr̃ velle, licẽt cõpendiosa fiat cum dictione geminata: puta, quandocũq; filius meus decesserit talis sit hæres, vel talem substituo: ꝙ quia vnica est conceptio verborum censeatur vnica substitutio, sicut si non adiecta illa dictione, quãdocũq; dixisset. & si filius meus decesserit talis sit hæres, vel talem substituo. & idem vr̃ glo. in d. l. Centurio. Iac. de Are. tenuit contrarium dicens: ꝙ quando apponitur dictio geminata, quan-
178 docunq;, † ꝙ tunc, q̃a illa dictio est distributiua, vr̃ ꝙ non cẽseatur vnica substõ, sed plures: sicut si dixisset si decesserit in pupillari ętate, vel postea. quo casu certum est, ꝙ propter distinctionem temporũ sint plures substitutiones. notauit gloss. magna. ad fin. in dicta. l. precibus. & pro ipso bene facit. l. sicut in annos. ff. quibus modis vsufruct. amit. Sed hęc opinio communiter reprobatur. & sic cõiter tenetur gloss. quia hæc dictio, quandocunq;, non videẽ facere quo minus dispositio sit vnica. per id quod legitur, & notatur in l. stichum. §. stipulatio. ff. de verborũ obli. per quem tex. Bar. reprehendit dictã opinionem. tamen illi textui posset responderi, ꝙ loquitur in contractibus: nos autem in vltima voluntate, inter quæ etiam est differentia: vt patet ex ibi notatis. re tamen vera opinio prędicta nõ vr̃ bene iure probari. & maximè, quia si dicta dictio ex sui significato induceret geminationem dispositionis deberet illã inducere etiã in ꝯtractibus. cuius tamen ꝯrium est verum: vt patet in dicto. §. stipulatio. Nec obst. d. l. sicut in annos. quia potest dupliciter respõderi. Primo, ꝙ ibi illa dictio versatur circa actum qui poterat reiterari: quia pluries poterat quis pati minimam capitis diminutionẽ; si pluries adoptabatur, & pluries emancipabatur. facit, qđ habetur in l. pe. ff. de excu. tu. & in c. si delegatus. de offi. deleg. in vj. hic autẽ versatur circa actum qui nõ potest iterari: quia circa actum mortis, cũ semel mortuus ampli⁹ mori nõ possit. Vel scđo pt dici ſm Bal. ꝙ ibi repetitio ſp est vniformis, hic aũt eẽt difformis, q̃a intra pupillarem ætatẽ valeret iure dirẽo: postea iure fideicõmissi. Et ideo ibi facilius inducit multiplicationem dispositionis. ¶ His sic pręmissis est aduertendum pro declaratione eorum quę tetigit gl. in d. l. ꝑcibus. ꝙ tria sunt principaliter videnda, q̃n fit cõpendiosa a pagano. Primo q̃n fit per verba directa. Scđo q̃n fit per verba cõia. Tertio q̃n fit per uerba obliqua. de quibus prosequitur Barto. in d. l. Centurio. & do. Flo. hic. Circa primũ q̃n † substitutio fit per verba
179 directa a pagano d. gloss. in d. l. precibus. & etiam in dicta. l. Centurio. vult, ꝙ si facta sit cõpẽdiosa a pagano filio impuberi, & in ꝑtãte per verba directa valebit intra pupillarem ætatem, vt pupillaris: sed post pupillarem ætatem pęnitus annullabitur. & sic non valebit tunc iure directo, nec iure fideicommissi. &

hæc est communis opinio gl. vt patet ex notatis in dicta. l. precibus. & etiam d. l. Centurio. & in l. pupillari. & in l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. & pup. & in §. qua ratione. institu. de pupil. substitu. Idem vr̃ gloss. velle iuris canonici: vt gl. hic, ĩ verbo, vel substitutionis. & in c. j. ĩ. e. in vj. in gl. ĩ verbo absq; deductione. Idẽ Inn. hic. & Hosti. & cõiter oẽs doc. iuris canonici nemine discrepante vsq; ad tempora. Io. Andr. Idem etiam tenuerũt cõiter doc. iuris ciuilis. vt tangit Bar. in d. l. Centurio. licẽt aliqui quos refert Cy. in l. precibus. senserint oppositum, & illos secutus fuit Io. An. in nouella, in dicto. c. j. super gloss. præallegata. concludens, ꝙ post pubertatem valebit iure fidicommis-
180 si. Mouet primo, q̃a † verba directa uidenẽ trahenda ad fideicommissum si nõ possunt ualere iure directo per. l. Sceuola. ff. ad Trebel. & l. ex facto. in prin. eo. tit. & l. filiusfa. §. ut quis hæredẽ. de leg. j. ¶ Itẽ secundo quærit uoluntas testatoris de qua constat est seruanda eo modo quo potest. l. in cõditionibus primũ locũ. ff. de condi. & demon. Et præcipuè, q̃a potius mens q̃ uerba debent attendi. l. cum uirũ. C. de fideicõ. & l. q̃m indignum. C. de testamen. facit, qđ legiẽ, & notatur in c. intelligentia. & c. præterea. ĩ. de ver. sig. ¶ Tertio ꝑ hoc dicit esse casum in d. l. precibus. quæ ſm eum non vr̃ ponere aliquid speciale in milite ex eo, quia illa. l. aliàs fuisset posita frustratoria in tit. de mili. testa. arg. l. Imperatores. ff. de in diẽ adiec. ¶ Item ex alio patet ſm eum, ꝙ ibi non ponit specialitatem in milite: q̃a litera ibi requirit, ꝙ filius fuit in potestate testantis, ꝙ non esset necesse atteto priuilegio militari. l. miles ita. §. exhr̃dato. ff. de testa. mil. ¶ Itẽ tertio dicit patere, ꝙ non ponat specialitatem in milite: quia aut cõsideramus ibi pupillarem, non vr̃ ibi esse specialitas: q̃a illa valet iure communi quãuis talis facta sit a milite: vt patet in d. l. Centurio. aut consideramus substitutionem fideicommissariam, seu inquantum valet post pubertatem iure fideicommissi. & non vr̃ etiam in hoc esse ibi speciale: cũ etiam paganus possit post pubertatem per fideicõmissum substituere. l. j. per totũ. ff. ad Trebel. Vltimate pro ista parte dicit esse casum in c. si pater. de test. ĩ vj. iũcto isto. c. Raynuti⁹. Nã ſm eũ ibi. & hic, substõ fuit facta ꝑ uerba directa, nã ibi fuit facta ꝑ uerbũ, moriaẽ. hic fuit fctã ꝑ verbũ succedat. & utrũq; vr̃ eẽ directũ, q̃a utrũq; sonat, ꝙ de manu sua, & nõ de manu alterius q̃s accipiat: & tñ in d. l. si pr̃. dr̃ ꝙ in pupillari ętate ualet iure directo. & sic eadẽ rõne ualuisset hic, si decessisset intra pupillarẽ ętatẽ post pupillarẽ ætatem uidelicet iure fideicommissi: ut hic patet: & ꝑ ꝯñs ur̃ ꝙ compendiosa facta a pagano etiam per uerba directa ualeat intra pupillarem ætatem iure directo: sed post pupillarem ætatẽ iure fideicommissi. & primum ur̃ probari in d. c. si pater. scđm in hoc. c. & licẽt clare in d. c. si pater. nil dicatur de tempore post pubertatem: tñ scđm eum debet intelligi, quòd uoluerit ille tex. ꝙ post pubertatem ualeat iure fideicõmissi. per id quod habetur in hoc. c. q̃uis hoc clare nõ decidatur in d. c. si pater. dicit tamen, quòd in litera in d. c. si pater. dum dixit substitutionem in dubio iudicari debere directam dũmodo conueniat uerbis, & personis dixisset q̃n, & quãdiu conueniat uerbis, & personis, tunc per illud. c. fuisset hoc dubium clare decisum. Bar. in d. l. Centurio. licẽt dicat passum esse dubiũ nititur concordare opiniones. nam dicit opinionem glossarum, & sequacium procedere q̃n substitutio est facta per uerba directa ciuilia, puta hęres esto, uel talis sit hæres, uel talem instituo. facit. l. uerbis ciuilibus. ff. de uul. & pup. Secus dixit si sint uerba dire-

xi, qñ simpliciter dixisset volo, quòd oĩa bona mea deueniant ad talé:qa tunc veniunt etiã iura, & actiones:& intelligetur substitutus directo. Et idem vr̃ si dixerit volo, quòd bona mea deueniant pleno iure in talem: qa videtur etiam velle, ꝙ habeat directum dominiũ.per id quod hr̃ in l. Iulianus. in fi.ff. de rei vendicatione.& notauit etiã Bald. in auth.hæc vsus præstatio.C.de sacrosan.eccle. Sed aduerte, quia aliqua ex dictis exemplis. & præcipuè duo. qñ videlicet voluit hereditatem totam, & integram peruenire ad substitutum. vel omnia bona peruenire ad substitutum.nam secundum eum dicta verba, non vñr importare substitutionem esse directam. sed potius ꝓhibitionem Trebellianicæ eo casu quo posset detrahi.per id qđ legitur.& notatur in l.namq;.§.fin.cum l.sequenti.ff.ad Trebellianum. & in l.iiij.ff.de fideicõ.liber.& opinionem suam, puto Ang.sumpsisse ex his quæ tangit Bal.in d.l.precibus. sed tu potes saluare exempla Bart.nisi cum substitutio sit facta filio q̃ non potest grauari in legitima.l.qm̃.C.de inofficioso testa.non posset deuenire tota hæreditas integre, vel sine diminutione. nec possent oĩa venire ad substitutum:nisi substitutio intelligat̃ directa:quia aliàs si non esset directa detraheretur legitima, qđ non fit eo casu quo est directa pupillaris. vt leg. & not.in l. ex trib⁹.C.de inoffi.testa.& in l.j.§.fi.de vulg.& pup. ¶Item aduerte, quia Bal.in d.l.ꝑcibus. non vñr placere exempla Bar.nec dictũ suum.ex eo, quia ſm eũ Bar.videtur velle, quòd quando aliqua cõiectura de prædictis positis in dictis exẽplis apparet, quòd tũc sit perinde acsi substitutio sit facta per illa verba, talis sit heres. & sic ſm hoc relinquetur materia disputãdi, an post pupillarem ætatem euanescat.an vero obliquet̃.Sed tu potes dicere, quòd Bar. nõ dixit, quòd tũc intelligatur facta per illa verba, talis sit heres.sed bñ dixit, quòd mens testatoris videtur esse, quòd valeat iure directo eo casu quo põt valere.& sic nõ sequetur, ꝙ post pupillaré ætaté non possit valere iure fideicõmissi, ex quo facta fuit per verbũ cõe. ¶Item etiam videntur exempla Bar.non placere Bal. in d.l. precibus.ex alia ratione.quia licèt verba, quæ ponũtur in dictis exemplis sint lata.tñ apponuntur, cum termino restrictiuo. scilicet in bonis meis: vel bona mea paterna.verba aũt ꝑdicta arctatiua, seu restrictiua, licèt non restringant substitutionem pupillaré.l.si ita.§.qui filio.ff.de bono.pos.ſm tabu.tñ substitutionem dubiam vñr restringere.arg.l.Lucius.§. quę habebat.ff.ad Trebellia.Et ideo videtur, quòd inducãt substitutioné fideicõmissariã.argu.l.coheredi.§.cum filiæ.ff.de vulg.& pupil. & dicta verba posita in exẽplis Bart.vñr scđm eum sonare.& sic videtur debere intelligi in prohibitioné.videlicet detractionis Falcidiæ potius q̃ in substõnem directã.& dicit, ꝙ si testator fuisset interrogatus, an vellet substitutioné extédi ad illa quę nõ erant sua:verisimiliter dixisset ꝙ nõ, & ideo in dubio non debet ad alia extendi velut ad incognita.ar.l.si quis.ita.§.penul.ff.de testa.tute.Sed tu potes tenere Bart. quia vt dixi, non bene possent verificari verba exemplorũ Bart. nisi intelligantur in substõne directa.& ꝙ per illa inducatur substõ directa.Nã aľs si nõ inducerent substõnem directã posset detrahi legitima, vt dixi supra circa opi.Ange.& sic oĩa non venirent ad substitutũ, nec sine diminutione:nec pleno iure. & ideo vt dicta veba verificent̃ expedit intelligere, ꝙ per illa voluerit testator substitutioné esse directam, & valere iure directo eo casu quo põt.Nã tunc non detrahet̃ legitima. & sic nulla fieret detractio, & pleno iure habebit substitutus.per ea, quæ hñr in d.l.ex tribus.¶Nec ob.qđ dicit Bald. dum dicit ꝙ in dubio non vr̃ voluisse de alijs bonis, q̃ de suis disponere:qa rñderi põt, ꝙ verum est ꝙ principaliter illud non voluit:sed bene põt dici ꝙ in consequentiam voluit:qa ex quo voluit substitutionem esse directam, in ꝯñuam censetur voluisse ꝙ ad substitutum veniant etiã alia bona pupilli, ne aliàs contingat pupillum decedere pro parte testatũ, & pro parte intestatũ.facit quod hr̃ in l.sed si plures.§. ad substitutos.ff.de vulg. & pup. Et ex ꝑdictis patet exempla Bar.posse sustineri, q̃cq̃d dixerit Bald.& Ang. ¶Itẽ etiam attende, quia Bal.in d.l.precibus.posuit etiam aliud exemplum sequendo opin.Bar.puta si dicatur qñcũq; filius meus decesserit talem sibi substituo heredem.Nã propter illud verbũ, heredé, qđ est verbũ directum ciuile declaratur præcedens verbum commune, substituo. & sic videt̃ testator voluisse, quòd substitutio sit directa.nam ex sequentibus præcedétia declarant̃.l.si seruus plurium.§.fi.cum l.seq.ff.de leg.j.qđ tene menti.& dicit etiam Nico.de Mata.idé voluisse.& idem etiam voluit Barto.facit ꝙ ipse no.
191 in d.l.Centurio. in quarta principali qõne. ¶†Item aduerte, qa licèt dixerim supra, ꝙ dictio, qñcũq;, nõ inducit distinctionem temporum.tamen Ang. in d. l.Centurio.dicit hoc verum, qñ vnicum solũ distributiuũ ponitur.secus si duplex distributiuũ temporũ adijceret̃.puta si dicatur, qñcunq; filius meus decesserit Titium quaq; die heredé instituo, vel substituo. Nam dicit ꝙ illud idem operat̃ duplex distributiuũ, qđ geminata, & distincta dispositio ꝑ l.pluribus.§.j. ff.de ver.ob.Sed certe dictio, quaq;, vr̃ potius collectiua, q̃ distributiua.per id, qđ legi. & not.in l.si necessaria.§.si annua.ff.de pig.actio. Et ideo melius vr̃ dicẽdũ, quòd iõ in d.l.pluribus.§.j.surgit multiplex dispositio, qa fuit facta expressa distinctio temporũ. facit, qđ ibi no.per gl.& Bar. & quod ibi etiam dixi.
192 ¶†Vlterius quæritur, quid si testator dicat filio impuberi, si decedat absq; liberis substituo talem, an ex eo, qa dicit ĩpuberi, videatur restringere substitutionem ad pupillarem ętatem.dic ꝙ nõ:qa illud verbũ, impuberi, videtur appositum gratia demõstrationis personæ cui fit substitutio, & non gratia restrictionis. & istud etiam voluit Io.An.hic, secus dicit Bar.si dixisset filio meo impuberi si decedat absq; liberis succedat talis.nã qualitas adiuncta verbo, debet adesse ſm tẽpus verbi.l.in delictis.§. si extraneus.ff.de noxa.Et sic vr̃ quòd tpe quo succeditur debeat esse impubes.& sic aliud est, qñ verbum, impuberi, adijcitur verbo dispositiuo. vt ꝯtingit in primo casu, quia adijcitur verbo substituo: quia tũc intelligitur adiectum gratia demonstrationis. secus quando adijcitur verbo executiuo. vt contingit in secundo casu, quando adijcitur verbo, succedatur. nam tũc videtur adiectũ gratia restrictionis. Cõtra istud tñ fortiter facit istud c.vbi adiectum fuit, verbo, succedat.& tñ nõ restringit substõnem ad tps pupillaris ętatis.Sed põt rñderi ſm Bar.in d.l.Centurio. quòd istud contingit ꝓꝑ dictioné, sine liberis, appositã in substitutione ꝓꝑ quã testator vr̃ sensisse etiam de tempore post pubertaté in quo potest habere liberos, secus ſm Barto.si dicta verba, sine liberis, non fuissent adiecta:quia tunc intelligeretur substitutionem fuisse restrictã ad tẽpus pupillaris ętatis.quod tene menti pro limitatione, &
193 declaratione huius.c.¶†Deinde quæritur, an substitutio compendiosa facta per verbum cõe a pagano contineat vulgarem.Concludit Barto.in d.l.Centurio.ꝙ eo casu quo continet pupillarem.qđ qñ sit, satis apparet ex supradictis. tunc eadem ratione continet

tinet etiam vulgarem, si vero non contineat pupillarem, sed fideicommissariam: tunc adhuc dicit ꝙ continet et vulgarem, quia verba illa satis pñt comprehendere. nã verba illa, si filius meus decedat, vel qñcunq; filius meus decedat, pñt intelligi, siue decedat viuo patre: siue postea. Et siuè post testm̃ ante mortẽ: siue postea, & sic continet et vulgarem, q̃ verificatur etiam qñ institutus nõ põt esse hæres, qa decedit viuo testatore. facit l. Thays. §. splendophorus. ff. de fideic. lib. nec ob. si dicatur, ꝙ si valet vt directa vulgaris non debet postea valere iure fideicommissi. per id qđ leg. & no. in l. verbis ciuilibus. ff. de vul. & pup. qa rñderi põt, ꝙ illud procederet, si valuisset semel iure directo post aditã hæreditatem, qđ tñ etiã tunc indistinctè procedit vt patere põt ex superius dictis. Sed in casu proposito valet vt vulgaris directa ante aditã hæreditatem, & post aditam hæreditatem valet iure fideicommissi, & sic in diuersis casibus, ideo istud toleratur a iure, & istud etiam tenuit Ia. de Aret. & Cy. in d. l. precibus. ¶ Item non ob. qđ hr̃ in l. iam hoc iure. præal. per quam vr̃ ꝙ in dubio non comprehendit fideicommissariam: quia rñdetur ꝙ ibi loqtur in breuiloqua simpliciter facta in qua non est apposita dictio cõcernens tractum tpis, sed hic loquimur in cõpendiosa in qua est apposita dictio notãs tractũ tpis. ideo continetur in ipsa fideicommissaria. facit quod dixi in materia breuiloque, vbi dixi ꝙ si nõ esset simplex breuiloqua, sed esset mista cum compẽdiosa, ꝙ illa contineret etiam fideicommissariã, secus vbi est simplex breuiloqua, quia tunc non comprehendit fideicommissariã, & idem vr̃ si testator simpliciter dicat filium meum instituo, & Titium ei substituo: qa vr̃ continere vulgarem, & non fideicommissariã. per id qđ hr̃ in l. Gallus. §. j. ff. de lib. & posth. Ange. tñ in d. l. Cẽturio. dicit, ꝙ si testator dixit si filius meus decesserit in pupillari ætate, vel postea, ꝙ tunc sub pupillari continebitur vulgaris ꝑ distinctionem tẽporum, & si decedat fili⁹ impubes viuo patre expirabit pupillaris, & etiam vulgaris in eo contenta ꝟm eum. per l. qđ si filius. ff. de capti. secus si simpliciter dixisset, si filius meus decesserit sine liberis talem substituo: quia tunc habebit locum vulgaris impubere decedente in vita patris, & idem vr̃ fuisse de mẽte Bal. in d. l. precibus. & idem etiã tenuit d. Flo. vt dixi post eum in prima qõne, qñ substõ fit per verba directa. Sed tu potes dicere, ꝙ in primo dicto Ang. non vr̃ bene dixisse, ꝑ ea quæ dixi in materia vul. in illa qõne, an testm̃ posset incipere hr̃e vires a tacita vulgari cõprehensa in pupillari. vbi etiã rñdi ad d. l. qđ si filius. ¶ Vlterius etiam tangit Bar. in d. l. Cẽturio. an substõ facta per verbum cõe in re certa, vel quantitate, aut portione trahatur ad directam substõnem, potes concludere clarius, q̃ ipse dicat, & plenius: quia si substõ fiat in certa re, puta in fundo, vel in quantitate, puta in centum, clarum est, ꝙ nõ trahitur ad directã. inst. per id qđ leg. & no. in l. cogi. §. & gñaliter. ff. ad Tre. & per id qđ hr̃ in §. aliud quoq; capitulum. in Auth. vt cum de app. cog. col. viij. vbi patet, ꝙ necesse est filio relinqui iure instõnis, qñ certa res, vel quantitas sibi relinquitur, & hoc ideo, quia si aliter relinquatur non traheretur aliquo casu ad instõnem relictũ certæ rei, vel quantitatis, & etiam intelligo prædicta, qñ expresse fit in certa re, vel quantitate, puta si dicatur si filius meus decesserit sine liberis, substituo Titium in fundo, vel in centum, & idem si filia sit instituta in re certa, vel in certa quantitate, & dicat testator, quę res, vel q̃titas deueniat in talem si filia mea moriatur sine liberis. Secus vr̃ si substõ fiat simpliciter ꝑsonæ institutæ et in re certa: quia tunc vr̃ ꝙ trahetur ad directam substõnem, vt vr̃ esse casus in c. si pater. j. eo. in vj. vbi patet, ꝙ filia erat instituta in re certa: tñ qa postea simpliciter fuit dictũ, ꝙ si filia decederet sine liberis morietur filio, & non fuit dictum ꝙ moreret̃ in re illa, substõ ibi iudicatur directa pupillaris, & sic trahitur ad omnia bona filiæ, quod diligenter tene menti, quia Bart. hoc modo declarauit. Si autem fiat substõ per verbum cõe in certa portione. cõcludes, ꝙ aut fit in dimidia, vel tertia bonorum, & istã non trahitur ad instõnem: quia censetur facta in re certa. per l. non amplius. §. fi. ff. de le. j. & l. si quis seruum. §. fi. cum l. seq. ff. de lega. ij. Si vero sit facta in dimidia, vel tertia hęreditatis: quia tunc includuntur etiam onera hæreditaria pro illa parte, qđ non est in præcedẽti casu ꝟm no. in d. l. si quis seruum. §. fi. vr̃ esse maius dubium. tñ Bar. in d. l. Centurio. sentit quòd etiam tunc non trahetur ad instõnem, & puto qđ bene dicat, qñ vnus solus est taliter substitutus. Si autẽ fuissent duo substituti per verbum cõe, vnus in dimidia bonorũ, alter in alia dimidia: vel vnus in dimidia hæreditatis, alter in alia dimidia, & sic tota hæreditas fuisset ĩter illos distributa: tunc traheretur ad instõnem, qã tũc vr̃ tali modo facta diuisio hæreditatis per l. filio. cum l. seq. ff. de leg. j. & facit qđ not. gl. valde no. in l. quoties. & in l. filij. C. fam. erc. secus qñ vnicus est substitutus tm̃ in dimidia, vel tertia: vt s. dixi. Et sic non est distributa tota hæreditas: nec verbum cõe adiectum totalitati bonorum, ideo non trahitur ad instõnem, per ea quæ hñr in l. his verbis. ff. de hær. inst. & in §. si vero nulla. in Auth. de hær. & Fal. coll. j. Et hæc ratio magis placet, q̃ illa quã scripsit Bar. in d. l. Centurio. nam dicit ꝙ ideo tunc non trahitur ad directã instõnem: quia verbum cõe adiectum certæ rei, vel portioni nõ trahitur ad directam instõnem, qñ alius est vr̃ institutus, prout hic est: quia est filius testatoris vr̃ institutus. Non enim placet ista ratio, quia per illam sequeretur, ꝙ si substõ fieret per verba directa in certa re, vel portione pupillo vr̃ instituto non traheret̃ ad directum qđ est contra tex. in l. cohæredi. §. fi. ꝟm vnum intellectum. ff. de vulg. & pup. & no. ipse idem Bar. in j. q. qñ fit substõ cõpendiosa a pagano per verba directa, & sic patet, ꝙ ista sola est ratio: quia licèt verbum directũ ciuile: vt hæres esto, vel instituo adiectum certæ rei, vel quãtitati, vel portioni trahatur ad instõnem vr̃em, alio vr̃ non instituto. l. j. §. si ex fundo. ff. de hær. inst. & d. l. cohæredi. §. fi. Tñ secus est in verbo, relinquo, vel in verbo cõi substituo, quia ista non trahuntur ad instõnem directã, nisi qñ adijciunt̃ totalitati bonorũ, vel qñ reperitur tota hæreditas distributa per quotas. vt patet ex no. in d. l. his verbis. & d. §. si vero nulla. & ĩ d. l. quoties. & facit qđ j. dicet̃. ¶ Et aduerte, vt clarius intelligas, quia per substõnẽ nõ agitur ꝙ fiat hęres testatori: sed pupillo, qñ est pupillus cui fit substõ, ideo si ipsi pupillo non reperitur alius vr̃ hæres datus. Si aliquis fit sibi substitutus ꝑ verba directa in certa re, vel q̃titate trahitur ad vr̃em substõnem per d. l. cohæredi. §. fin. ꝟm vnum intellectum. Secus esset qñ esset facta per verbum cõe: quia tunc non trahitur ad vr̃em substõnem, vt superius dixi. facit quod j. dicetur.
194 ¶ † Tangit etiam Bar. qõnem illam, si testator dicat instituo filium meum, & si ipse decesserit sine liberis: aut eius liberi sine liberis, substituo Seium, an tenebit dicta substõ. & an liberi vltimo morientes sine liberis potuerint grauari. Richar. de Mal. tenuit quòd non poterunt dicti liberi grauari, per l. sed si sic. ff. de le. ij. Iac. de Bel. vr̃ tenuisse cõtrarium. Bar. concludit ꝙ si testator uoluit grauare filium

lium sub duplici conditione alternatiua, puta si ipse decesserit sine liberis, vel liberi sui sine liberis: tunc hoc facere potuit. per id qđ hr in l.cohæredi. cum §. filiæ.& in l.legatum.ff.de condi.& dem.¶Si aũt voluit grauare liberos vltimo morietes sine liberis: tũc vr̃ ꝙ non valeat grauamen,& ꝯñr nec substõ,per d.l. sed si sic.§.fi.dicit tñ Bart.posse dici ꝙ si appareat testatorem velle grauare dictos liberos,ꝙ potest dici ꝙ videatur eos etiam honorasse,& sic etiam eis hæreditatem reliquisse per l.deniq;.§.interdũ.ff.de pec.leg. Et si quæratur,si non appareat quem voluerit grauare,an filium sub duplici conditione: an vero liberos vltimo morientes sine liberis.dicit ꝙ in dubio præsumetur fuisse filius grauatus, si tenemus ꝙ liberi non potuissent grauari, & hoc quia in dubio sumi debet intellectus ꝑ quẽ res potius valeat q̃ pereat.l. quoties.ff.de reb.dub. ¶ Si aũt tenerem⁹ liberos potuisse grauari: tunc quis in dubio intelligatur grauatus. remittit ad no.per se in l.qui duos.de vul.& pu. Sed tu potes dicere, ꝙ ex quo liberi non reperiuntur expresse honorati,in dubio vr̃ hæres primus, & sic ipse filius fuisse grauatus.per id quod leg. & no.in l.si seruus.§.qui Margaritã.ff.de leg.j.& quod no.ipse Bar. in l.codicillis.in prin.ff.de vsuf.leg. Et adde etiã inquantum Bart.vr̃ velle,ꝙ testator grauando filios vr̃ ex hoc etiã eos honorare,ꝙ ista opin.non vr̃ tuta per regulam illam,quia non põt quis grauari,qñ non est honoratus,quæ aliàs nunq̃ locum haberet, prout dixi in ij.q.qñ substõ fit per verba obliqua. vbi de hac materia tetigi.& plene dixi in c.cum tibi.s̃.eod.& ẽt in præal.l.Centurio. in quibus locis etiam rñdeo ad d.l.deniq;.§.interdum.faciat etiam cõtra Bar. qđ hr in l.hæreditas ad statiũ, & qđ ipse ibi etiam not.ff.de hær.insti.Et per hæc sit expedita qõ tertia, qñ videlicet compendiosa fit a pagano per verbum cõe,& ex supradictis satis patere põt quis sit effectus substõnis compendiosæ factæ a pagano,siue fiat per verba directa,siue per verba obliqua, siue per verba cõia. verũ quia interdum duplex verbum ex prædictis apponiť in substõne interdum in persona vnius interdum in persona diuersorum. Et dubitatur quis sit tunc effectus substõnis. de prædictis est videndum de quibus tractat Bar.in d.l.Centurio.in iiij.q.¶Et primo vidẽdum est, qñ duplex verbum ex prædictis apponiť in persona vnius,puta quia dixit testator, si filius meus decesserit sine liberis instituo,& substituo Titiũ: vel substituo Titium,& ipsum hæredem facio.nã Bar.in loco præal.posuit duas opi.vna est,qđ verbum cõe, substituo,intelligatur declarari,& esse declaratum ꝑ verba directa.arg.l.si seruus plurium.§.fi.cum seq.ff. de leg.j.Alia fuit opinio quę sibi magis placet.videlicet,ꝙ in dicto casu videatur data electio substituto, vt possit venire iure directo:vel iure fideicõmissi,ꝓut elegerit,filia decedente in pupillari ętate.arg.l.recusare.§.Titius.ff.ad Treb. & licèt ipse nõ rñdeat ad rationem factam pro prima opi. tñ satis vr̃ secũda opi. posse sustineri per ea quæ hñr in d.§.Titius. Nec ob. ratio facta pro prima opi.videlicet, ꝙ verbũ cõe substituo debet declarari per verbũ directum adiunctũ, & sic censeri debet directa.arg.d.l.si seruus.quia rñderi potest, ꝙ ibi loquitur qñ idem verbum relatum est ad plura, & in vno eorum declaratus fuit eius intellectus, hic autem ambo verba referũtur ad idem, nec reperiuntur aliter declarata.¶Item non ob.l.sed & si adijciatur.ff.pro socio. vbi vr̃ ꝙ qñ fit mentio de gñe,& specie,simul genus declaretur,& restringať ꝑ speciem,vnde si fit societas de lucro, & quæstu,intelligitur facta de lucro proueniente ex quæstu. & non de omni lucro. q̃a rñderi potest,ꝙ illud ideo contingit:quia sic cõiter consueuit fieri societas de lucris ꝑ quæstum,seu operam,vel artificiũ prouenietibus, & nõ de alijs.l.coiri.ff.pro socio.& no.Bar.in d.l.sed & adijciatur. hic autem loquimur in testõ in quo talia verba cõsueuerũt multiplicari ad finem, vt validius, & latius dispositio sortiať effectũ.facit.l.in testamentis.ff.de reg.iur.Sed si intelligať ſm scđam opi. efficaciorẽ,& latiorẽ sortiunť effectum: ergo dicto modo vñr intelligenda.& per hæc vr̃, ꝙ idem sit dicendũ si testator dixerit,si filius me⁹ decesserit sine liberis volo bona mea deuenire ad Titium iure institutionis,& fideicõmissi.facit qđ hr in l.si Titio.ff.de
195 vsufru.leg.¶† Quid aũt si dicať,si filius meus decesserit sine liberis substituo Titium vulgariter,pupillariter,& ꝑ fideicõmissum, q̃ verba hodie multũ sunt in vsu.Bar.in d.l.Cẽturio.dixit idẽ,qđ s̃.dixi.videlicet,ꝙ erit electio substituti,an eligat viã directã: an viã fideicõmissi filio decedẽte in pupillari ætate. Sed mihi nõ placet ista opi.vñ veri⁹ puto esse, ꝙ testator voluerit facere plures substões in diuersis casibus, videlicet vulgarẽ ĩ suo casu,scilicet hđitatis nõ agnitæ.& pupillarẽ in suo casu.videlicet ĩ casu ĩ quo fuerit hrs,& in pupillari ætate decedat,& fideicõmissariã in suo casu.videlicet si post pubertatẽ decedat, vt sic dispõ adapteť ad eũ casum ad quẽ verba adaptãtur.ar.l.qđ ꝯstitutũ.ff.de re mili.& l.ita aliũ. in prin. ff.de admi.tu.& eius,qđ no. Bar.ĩ l.4.§. toties.ff.de dã.infe.& qđ hr in c.indẽnitatibus.§.pe.de ele.in vj. & in l.fi.C.sine censu,vel reliquis. & hoc ẽt vr̃ tenere Cy.& fuisse de eius mente in d.l. ꝑcibus.in materia cõpendiosa.& ꝑdicta vñr ꝓcedere,nisi verbũ directũ præcisè veniat ad determinationem verbi ꝯmunis.puta si dicať,si filius meus decesserit sine liberis substituo Titiũ hæredẽ.nã illud verbũ directũ hrdẽ præcisè vr̃ venire ad determinationẽ verbi cõis,substituo.iõ tunc põt ꝓcedere prima opi.videlicet, ꝙ tunc verbũ cõe determineť,& declareť ꝑ verbũ directũ sibi adiũctũ.facit, qđ no.Bal.in d.l.ꝑcibus,& qđ dixi in ꝑcedenti lectione circa exẽpla ex q̃bus appareat de ꝑsumpta mẽte testãtis, qđ voluerit substõnẽ esse directã, & hæc de primo casu, qñ duplex verbũ ex ꝑdictis in substõne apponiť in ꝑsona vnius.Si aũt vnum apponatur in persona vnius, aliud in persona alterius, & sic in personis diuersorum,quis erit tunc effectus substõnis est magis dubium. & iste casus est magis difficilis,vt etiam Bar.attestatur.Et q̃a aliqualiter vr̃ confuse loqui clarius loquendo potes cõcludere tres casus. Nam qñq; ponitur verbũ obliquum in persona vnius substitutorũ,in persona alterius ponitur verbum directum ciuile. Interdum & secundo in persona vnius ponitur verbum obliquũ,& in ꝑsona alterius ponitur verbum directum non ciuile. Interdum & tertio in persona vnius apponitur verbũ directum ciuile, & in persona alterius verbũ directũ non ciuile:vel verbum cõe. Primo casu clarum est,ꝙ substitutus per verbum directum ciuile capiet totũ: siue sit substitutus in certa re,siue in certa quãtitate: siue in certa portione: siue simplr:ex quo post mortẽ pupilli nullus est ipsi pupillo datus hæres vřis. ar.l.j. §.si ex fundo.ff.de hær.insti.& l.cohæredi.§.fi.& ibi casus ſm vnum intellectum.ff.de vul.& pup. & siue vocatus per verbum obliquum sit vocatus ad certam rem:siue ad certam portionem,siue ad vniuersam hæreditatem,quia illam capiet de manibus substituti ꝑ verba directa:cum verbum obliquum nõ possit trahi ad instõnem directam,vel directam substõnẽ, vt no. ꝑ gl.in l.verbis ciuilibus.ff.de vul.& pup.¶Secundo

casu ꝯclude, ꝙ si vocatus ꝑ verbũ obliquũ est vocat⁹ in certa re, vel quãtitate. & vocatus per verbũ cõe est substitutus simplr, vel in residuo: q̃a vr̃ tũc adijci totalitati bonorũ ipsum verbũ cõe. arg. l. ij. C. de hære. insti. talis uocatus per verbũ cõe erit hæres directo in totũ. secus si vocatus per verbũ obliquũ sit vocat⁹ in dimidia bonorũ, vel hæreditatis. & vocatus per verbum cõe sit substitutus in alia dimidia, vel residuo: quia tunc in effectu verbum cõe adijcitur solum parti bonorum, & non totalitati bonorum. ideo tunc veniet ẽt per fideicommissum ipse vocatus per verbum cõe. & sic videbit̃ hr̃dítas iure fideicõmissi inter eos distributa, & vterq; habebit partem ipsum ꝯtingẽtẽ per viam fideicõmissi, & non directo. ¶Tertio casu, conclude, ꝙ si vocatus per verbũ mere ciuile sit vocatus in certa re, vel quantitate. & vocatus per verbum cõe sit substitutus simpliciter, vel in residuo: tunc q̃a verbum cõe vr̃ adijci totalitati bonorum, substitutus tunc per verbum cõe erit hæres vniuersalis directo. & alius in re certa. per no. in d. l. his verbis. ff. de hær. inst. & in §. si vero nulla. in Auth. de hære. & Fal. Si autem vocatus per verba directa fuerit vocatus in dimidia bonorum, vel hæreditatis. & vocatus per verbum cõe fuerit substitutus in alia dimidia: vel simpliciter, vel in residuo: tunc videbitur hæreditas distributa ꝑ quotas, & vocabitur quilibet iure directo. per id qđ legitur, & no. in l. filio. §. fi. cum l. seq. ff. de leg. j. & in l. quoties. C. fa. ercisc. per gl. Si vero vocatus per verba directa sit vocatus in vna re, vel quãtitate. & vocatus per verbum cõe in alia re, vel quantitate: tunc vocatus per verba directa capiet totũ iure directo, ex quo alius non reperitur vniuersalis hæres datus pupillo. & idem videtur dicendum si vocatus per verba directa sit vocatus in tertia bonorum, vel hæreditatis. & vocatus per verbum cõe sit vocatus in alia tertia. Nã ex quo non est tota hæreditas distributa, reperit̃ verbum cõe fore adiectum certæ portioni nõ totum capiet iure directo uocatus per uerba directa, & uocatus per uerbum cõe uidebitur uocatus per fideicommissum ad portionẽ sibi assignatam. & supradicta omnia satis puto fuisset de mente Bart. licèt ipse non sic clare fuerit locutus. Et quod dixi de uerbo cõi, idem ur̃ dicendum ſm eum de uerbo directo: non ciuili: quia quantum ad prædicta non unr̃ ſm eum differre

196 uerba cõia. & uerba directa non ciuilia. ¶† Vltimatè Bar. in l. Centurio. tractauit quæ uerba dicãtur esse directa: quæ obliqua. & quæ cõia. & concludit, ꝙ illa dicuntur directa quæ sonant, ꝙ de manu propria quis accipiat, & propria autoritate. facit qđ legitur. & no. in l. Titia cum testõ. §. j. ff. de leg. ij. & qđ no. gl. in l. eam quã. in uerbo, directis. C. de fideicom. Ciuilia uero dicuntur obliqua quæ sonant, ꝙ de manu alterius quis accipiat, ut uerbũ det, & uerbum restituat, & simi. facit l. fundi Trebatiani. cum ibi no. ff. de usu fru. leg. & quod no. in l. si quis ita. ff. de usufru. & qđ no. gl. & Io. An. super illa. in c. si pater. in uerbo moreret. ĩ. eo. in vj. ubi etiam Io. An. tractat de hac materia. Cõia vero dicuntur quæ sunt apta nata ad vtrũq; sensum. & sic verificari possunt in vtroq; directo. uidelicet & obliquo. vt est uerbũ substituo. de quo in l. iam hoc iure. ff. de uulg. & pup. ¶Concludit etiã ꝙ directorũ qdã sunt directa ciuilia. ut hæres esto, & instituo. Quedã directa ñ ciuilia, ut uerbũ moriat̃, & uerbum accrescat. & uerbũ moriatur hr̃ in d. c. si pater. in tex. & gl. de uerbo accrescat habetur in l. j. & in rubro. C. qñ non petentiũ partes petentibus accrescat. Nec ob. quod hr̃ in l. codicillis. in prin. ff. de usufr. le. ubi ur̃ ꝙ uerbũ, accrescat, sit obliquũ. q̃a rñdet̃ ꝙ ibi prolatũ fuit in codicillis. ideo non potest ualere iure directo. facit, qđ leg. & no. in l. Sceuola. ff. ad Tre. Reliqua aũt alia uerba quæ nõ sunt obliqua: seu quę nõ sonãt, ꝙ de manu alterius quis accipiat, dicit esse cõia, & prosequit̃ ibi de multis alijs uerbis. & ẽt ponit quare uerbũ, instituo, est magis directũ q̃ uerbũ substituo. Nam dicit, qđ ratio est: quia uerbum substituo est magis latum, q̃ uerbum instituo. Nam hẽt locum, qñ quis in locum alterius ponitur: siue hoc fiat in institutionibus. l. Titius & Seius. ff. de hær. institu. siue in legatis, & fideicõmissis. l. vt hr̃dibus. ff. de leg. ij. & in l. j. §. in primo. & pro secundo. C. de cad. tol. qđ non contingit in uerbo instituo: quia nullatenus adaptatur ad legata, & fideicommissa. & ut dixi prosequitur. Bar. in l. præallegata. de multis uerbis q̃ dicit esse cõia. & primo de uerbo, perueniat. nam reperitur interdum in sensu obliquo. l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad Treb. ¶Interdũ in sensu directo. l. ij. §. puenisse. ff. de hęre. uen. & ideo: quia in utroq; sensu reperitur põt dici cõe. & ẽt quia non sonat p̃cisè, ꝙ de manu alterius quis accipiat. Inn. tñ in c. Raynaldus. ĩ. e. in uerbo, deuenire, dixit, ꝙ erat directum: sed uerius est, ꝙ est cõe per rõnem supradictã. Et idem ur̃ dicendũ de uerbo deueniat eadem rõne. ¶Scđo tangit de uerbo, pertineat. nam ẽt dicit, ꝙ est cõe: q̃a reperit̃ in sensu obliquo. l. fideicommissas. §. si filio. ff. de leg. 3. & ẽt in sensu directo. l. licèt. C. de pac. ¶ Idẽ de uerbo, hẽat: q̃a reperit̃ in sensu directo. l. stipulatio ista. §. hęre. ff. de uerb. obl. & ẽt in sensu obliquo. d. §. si filio. Nec ob. si dicat̃, ꝙ in dubio ur̃ debere sumi ꝑ obliquo. d. §. si filio. q̃a illud contingit: q̃a apponit̃ particularibus relictis in quibus uerbũ cõe nõ trahitur ad instõnem. l. cogi. §. & gñaliter. ff. ad Treb. ¶ Quarto tractat de verbo, remaneat. ẽt dicit, ꝙ est cõe: q̃a in utroq; sensu reperit̃, per id qđ hr̃ in l. prætor. in uerbo, remaneat. ff. de colla. bonorũ. l. cum añ. C. de donante nup. ¶Tractat ẽt quinto de uerbo, redeat. & dicit idẽ eadẽ rõne. facit qđ hr̃ in l. si duobus. ff. de test. mili. & in l. j. per gl. ff. de do. ¶Sexto de uerbo, succedat. & silr dicit, ꝙ est cõe: q̃a reperit̃ in sensu directo. l. j. & 2. C. cõia de success. Itẽ in sensu obliquo, ut hic patet in isto c. ¶ Septimo de uerbo, deuoluat̃. & silr dicit, ꝙ est cõe: q̃a reperit̃ in sensu directo. l. si infanti. C. de iure deli. & ẽt in sensu obliquo. per id qđ hr̃, in l. ij. ff. de ali. leg. ¶Octauo de uerbo, reuertat̃. & silr dicit esse cõe: quia reperit̃ in sensu obliquo. l. 3. C. de pac. inter empto. & in sensu directo, ut colligitur ex no. per gl. in l. j. ff. de do. ¶Adde, ꝙ uerbum, accipiat, uel capiat, ur̃ posse dici directũ non ciuile: ut ur̃ sensisse Bar. in fi. principalis. q. qñ substitutio facta fuit ꝑ uerba obliqua. do. aũt Flo. hic dixit, ꝙ uerbum directũ est, qđ sonat, ꝙ de manu sua q̃s capiat, ut est uerbũ, instituo, uel hr̃s esto. iuxta notata in l. precibus. & ĩ d. l. Cẽturio. ¶Sed uerbũ substituo, dicit esse cõe. & dicit Bar. ĩ l. Cẽturio. ponere multa exẽpla de uerbo, cõib⁹. & de uerbo succedat, & de uerbo, moriat̃. & đ uerbo, deuoluat̃. & de uerbo, pueniat. sed certè Bar. nõ dicit uerbũ, moriat̃, eẽ cõe: sed eẽ directũ nõ eẽm ciuili. & silr uerbũ accrescat. Quæ aũt dicant̃ verba obliqua. dicit d. Flo. ꝓut dictũ est. s̃. ꝙ sunt qñ sonãt, ꝙ substitutus capiat de manu alteri⁹. ut ꝯtingit in uerbo, restituas. & in uerbo, reddas, uel des. & in silibus q̃ non est difficile cognoscere ſm eũ si attenditur sensus eorum. ¶Itẽ aduerte: quia dixit Bal. in d. l. Cẽturio. ut refert ibi Ang. ꝙ de uerbo, moriat̃, non reperitur, alibi quã in d. c. si pater. sed ipse dicit, & bene, ꝙ etiam reperitur in Authen. de incestis nup. §. fina. col. 4. ubi tex. dicit, ꝙ pater moritur filijs legitimis. &

videtur

videtur velle etiam Ang.in d.l.Centurio. ꝙ illud verbum moriatur,ſit verbum dubium,& ꝙ̃nr quodãmodo cõe,& iudicãdum ſit directum,vel obliquum ſm ſubiectam materiam,pro quo allegat:quia text.in d. c.ſi pater.dixit,ꝙ ſubſtõ ibi in dubio directa eſt cẽſenda,cum poſſit id conuenire verbis,& perſonis. gl.tñ in d.c.ſi pater.in verbo,morietur, vult ꝙ in dubio ſonet in directã ſubſtitutionem,& ibi etiam de materia verborum directorum,& obliquorum,& cõium per Io.An.tñ quia verbum directum non ciuile, nõ multum vr̃ differre a verbo cõi,vt dixit Bal.in l.Cẽturio. in qõne illa,qñ in perſona diuerſorum diuerſa verba ponuntur,& ſ.etiam tetigi.non eſt multum inſtandũ ſuper ſignificatu,dicti verbi,moriatur.¶Item aduerte,quia de aliquibus alijs verbis,de quibus põt dubitari vltra illa de quibus poſuit Bar.in d.l.Centurio. circa fin. & de quibus dixi.ſ.poſt eum.tetigit etiam Ang.in d.l.Cẽturio.videlicet,de verbo,decurrat. de quo hr̃ in l.liberis.ff.de ali.& cib.leg. & in l.ij.C.qñ & quibus quarta pars debeatur.lib.x.¶Item de verbo,regrediatur.de quo hr̃ in l.ſi pater.C.de vſufruc. ¶Item de verbo,labatur.de quo hr̃ in l.j.C.de imponendis lucratiuis deſcri.lib.xj.& ibi etiam de verbo referatur.¶Item de verbo redigatur. de quo hr̃ ĩ l.j. C.de vẽdi.rerum fiſcalium cum priuato cõium.li.x. ¶Item de verbo, potiatur. de quo hr̃ in l.licet.C.de pac.¶Item de verbo,ſequatur.de quo hr̃ in l.j.in magna gl.ff.de don.& dicit idem Ange.omnia prædicta verba poſſe dici eſſe cõia, ꝓut patere põt ex iuribus præal. Et per prædicta clare percipere, & ſcire potes tam per modum regulę,& doctrinę,quàm per modũ exemplorum:quæ ſunt verba directa,quę obliqua,& quæ cõia. Et adde his quæ ſuperius dicta ſunt ꝙ in qõne illa,qñ ſubſtõ fit a pagano compendioſa ꝑ verba directa d.Pet.hic vr̃ ſequi opin.Bar.quã poſuit in d.l.Centurio.remittendo ad ibi no.per eum.in q.autem illa qñ eſt facta per verbum cõe ſubſtituo.vr̃ tenere opi.Bal.quam ipſe Bal. poſuit in d.l.Centurio. remittendo ad ibi not.per eum. in q.autẽ qñ fuit facta per verba obliqua, & dictum fuit,qñcunq; filius decederet bona venderentur,& darẽtur pauperibus per fideicommiſſarios.tenuit opi. Bar.in d.l.Centu-
197 rio.& ſic ꝙ eſſet directa. ¶†Quid autem tenendum in ſupradictis qõnibus,plene declaraui ſuperius. Et adde etiam quòd vbi ſubſtõ compendioſa eſt facta a pagano per verbũ cõe, ſi ſubſtituti ſint alij filij teſtatoris etiam ſi mater ſit in medio excluditur mater ẽt ſm opi.Bar.vt etiam hic tetigit d.Pet.& hoc ꝑ qualitatem ſubſtitutorum quos veriſilr̃ pater voluit præferre vxori matri filiorum,per id quod no.glo.in d.l. precibus.& qđ dixi de filijs:idẽ dicas de alijs deſcẽ-
198 dentibus teſtatoris eadem ratione.¶†Vltimo in hac materia ſubſtõnis cõpendioſæ conſiderare potes ſex vel ſeptẽ regulas. Prima ſit iſta,quòd ſubſtõ obliqua non cõuertitur in directam. de quo per gl.in d.l.verbis ciuilibus.fallit in caſu ſingulari.l.neq; enim.§.fi. ff.de teſt.mil.¶Fallit ſecundo qñ teſtator ipſam obliquam quam forte fecerat in codicillis conuertit in directam in teſtõ poſtea facto.l.quęrebat̃.ff. de teſta.
199 mil.¶†Secunda regula eſt, ꝙ ſubſtõ directa interdũ cõuertitur in obliquam,vt probatur in d.c.ſi pater. & l.Sceuola.ff.ad Treb.& l.ex facto.eod.ti.& no.in
200 d.l.verbis ciuilibus. & † quia dictio interdum,caſualitatem notat,vt leg.& no.in l.interdum.ff.de condi.
201 inde. ¶†Ex prædictis põt colligi regula,ꝙ rl̃r ſubſtõ directa non conuertitur in obliquã,vt vr̃ colligi poſſe ex mente.d.l.ſi mater.ꝑ dictionem,interdum ibi poſitam. Qñ aũt conuertitur in obliquam cõclude,ſi a principio potuit valere iure directo,& eſt vnica ſubſtitutio:vt quia facta eſt ſub vnica cõceptione verborum,& facta eſt ſic per verba directa ciuilia:tunc non obliquatur.d.l.verbis ciuilibus.& l.in pupillari.ff.de vul. & pup. Fallit in milite matre exiſtente in medio per l.precibus.ſm vnum intellectũ.Secus qñ ſubſtõ a principio non poſſet valere iure directo: quia tunc bene obliquatur,& hoc eſt clarum,ſi non poteſt valere iure directo ꝑꝑ defectum ſolennitatis: vt quia facta ſit in codicillis d.l.Sceuola.ff. ad Treb. Idem ſm gl.in l.verbis ciuilibus.quam ſequitur Bart.& cõiter Legiſtæ, ſi aliter non poſſet valere iure directo forte ꝑꝑ conditionẽ perſonę cui fiat:vt quia ſit extraneus, vel non in ꝑtãte,vel quia erat pubes:hoc tñ vltimum limitat Ang.in d.l.Centurio. ꝓcedere,niſi quis eſſet ſubſtitutus puberi ſub conditione, ſi deceſſerit in pupillari ætate: quia tunc ſubſtõ prædicta reperitur facta ſub cõditione impoſſibili,ideo eſſet nulla,ſi teſtator putaſſet eam poſſibilem:quia forte putaſſet eũ impuberem cum re vera eſſet pubes.faciat l.ſeruo manumiſſo.ff.de condi.inde.Secus vr̃ ſi ſciuiſſet illã impoſſibilem,vt quia ſciuiſſet illum puberem. Nã tunc vr̃ ꝙ valeret ſubſtõ iure fideicommiſſi.& reijceret̃ cõditio tanq̃ impoſſibilis. per id quod hr̃ in l.obtinuit. ff.de condi.& demon.& in l.j.ff.de condi.inſtit.in l. ſi mihi Meuia.ff.de hære.inſti. facit quod dixi in d.l. verbis. & ĩ d.l.in pupillari.Et adde quòd licèt iſta ſit cõis opinio,ꝙ vbi non põt valere iure directo a principio ꝑꝑ conditionem perſonę,quòd tunc obliquet̃, tñ contrarium ſenſit gl.in §.extraneo.inſti. de pupil. ſubſt.& Io.And.in nouella.in d.c.ſi pater. ſuper tex. in verb.interdum.& iſta opinio de iure vr̃ verior: licet pręcedens ſit æquior,& cõiter teneatur.Si autem eſſet facta ſub duplici conceptione,ſeu ſub diſtinctione temporum,vel ſi eſſet facta per verba directa non ciuilia:vel per verba cõia.An poſſit tunc obliquari: licèt a principio valuerit iure directo plene dixi in prima qõne,qñ fit a pagano per verba directa, & etiam
202 in tertia:qñ fit per verba cõia. ¶† Tertia regula eſt, ꝙ vna ſubſtõ directa interdum conuertitur in aliam directam, puta pupillaris in militarẽ, vt patet in d.l.
203 Centurio.¶†Quarta regula eſt, ꝙ ſubſtõ directa dubia conuertitur,ſiue interpretatur in dubio in aliam directam:exemplũ,ſi dico Titius Plotij hæres eſto,& Plotius ſit filius meus impubes hæres inſtitutus. Nã dubiũ eſt,an voluerit ei ſubſtituere pupillariter,ꝓut ſonant verba,an vero vulgariter, ideo ſi nõ poſſet directa ſubſtõ quæ ſonat in directã pupillarem eſſe pupillaris:vt quia deficiat aliqđ de requiſitis ad pupillarem,de quibus in l.ij.ff.de vul.& pup. & dictum fuit in materia pupillaris:tunc conuertitur, ſeu interpretatur in directam vulgarem.l.fi.C.de hær.inſti.& no.
204 per gl. in d.l.verbis ciuilibus. ¶†Quinta regula eſt, ꝙ poſt aditam hæreditatem nõ poteſt quis alteri ſubſtituere directo. Fallit in milite.l.in teſtõ.C.de mili. teſt.& l.milites etiam his.ff.de teſta.mili. & eſt ratio huius regulæ ſm Ang. quia poſtq̃ quis ſemel fuit hæres nõ põt ex facto teſtatoris deſinere eſſe hæres.l. ei qui ſoluendo.ff.de hær.inſt.Fallit ſi eſt miles.l.ita.§. quia diximus.& l.in fraudem.§.pe.ff.de mili.teſta.& hanc rationem ſenſit ẽt Hug.in l.precibus. in materia compendioſa. ¶Sed tu potes dicere, ꝙ alia ratio ẽt eſſe vr̃ videlicet,quia quis non põt alteri facere hęredẽ directo,niſi forte ſit miles,vt patet in d.l.ĩ teſto. & in d.l.milites etiam his.& in d.l.Cẽturio. facit qđ
205 dicetur ſtatim in ſequẽti regula.¶†Sexta regula eſt, ꝙ nemo alteri põt facere teſtm̃:ne ſibi impediat liberam teſtamenti factionem,qđ fieri & eſſe non debet

l.ſtipula-

l.stipulatio hoc modo.ff.de ver.ob. Fallit in duobus casibus. Primus est,qñ quis substituit filio impuberi vel alicui de liberis in ptãte existenti, & in pupillari ætate, & non recasuro in alterius ptãtem post mortẽ testantis: quia tũc põt tali personæ facere testm̃ pupillariter sibi substituendo. Nam pupillaris substõ censetur esse testm̃ filij sibi factum per patrem.l.Papinianus.§.sed nec impuberis.ff.de inof.test. & l.patris & filij.& ibi no.ff.de vul.& pup. Secundo fallit si substituatur exemplariè descendentibus testatoris furiosis,vel mẽtecaptis, iuxta.l.humanitatis.C.de impu.& alijs substi. ¶Nam substõ exemplaria facta dictis personis quæ pp defectum mentis non pñt sibi testari: dicetur testm̃ ipsorum sibi factũ per patrem ad instar eius quod dictum est de pupillari. aliàs aũt procedit regula supra data,quam dicit Ang.in d.l.Centurio procedere,siue testator sit miles,siue paganus, & in milite dicit esse casum in d.l.Centurio. & assignat rationem:quia priuilegia militum non sunt tradenda ad alienam iniuriam.l.impuberi.ff. de admin. tut.& l.cum filius.ff.de testa.mil. ¶Sed certe hoc dictum Ang.non placet,quia est contra d.l.Centurio. ſm verum intellectum,quem sequitur ibi Bal. & ꝓbatur etiam in d.l.in testõ. & in d.l.milites etiã his. per quæ iura aperte videtur probari: ꝙ speciale est in milite,quod potest directo substituere post aditã hæreditatem etiam extraneo vel puberi. Nec obst.ratio Ang.quia non poterit miles facere hæredem hæredi per ipsum instituto, cui ipse substituit directo nisi in bonis prouenientibus ab ipso milite,& sic in alijs remanebit libera facultas testandi ipsi cui facta est substitutio per militem. facit l.miles ita.§.exhæredato. ff.de test.mili.Et ex prædictis etiam patere potest,an & qñ illa regula sit vera per quam dr̃ ꝙ substõ, quæ semel valuit iure directo non obliquatur,& sñr illa ꝙ substõ quæ a principio non valuit iure directo obliquatur,& valet iure fideicommissi,& per prædicta sit expedita quarta qõ principalis in materia compẽdiosæ,videlicet qd sit eius effectus. in qua vt dicit Ang. in d.l.Centurio. multa sunt dubia quæ egerent decisione Cęsarea,seu Imperiali pp magnam varietatem opinionum,de quibus dixi.s̃.multa tñ dubia tolluntur pp clausulam codicillarem, quæ quotidie apponitur in testamentis ſm opinio.Bal.valde notabilem quam ipse posuit in d.l.verbis ciuilibus.& de qua ẽt
206 superius dixi.¶†Circa quintã autem qõnem qualiter finiatur substõ compendiosa non est instandũ: quia aut cadit in vulgarem,& finitur vt vulgaris. Aut in pupillarem,& finitur vt pupillaris:aut in exemplariam,& finitur vt exemplaria.Aut in fideicommissariam,& finitur vt fideicommissaria, quæ finitur, qñ substitutus decederet anteq̃ euenisset conditio substitutionis.l.si frater. & l.si in persona.C.de fideicõmissis,& etiã qñ hæres institutus decederet ante aditam hæreditatem. Nam præcedente aliquo iussu, & esset casus in quo non trãsmitteret hæreditatem,nec ius deliberandi. nam tunc extinguitur fideicommissaria.l.eam quam. & ibi nota.C.de fideicommissis.
207 ¶†Et adde etiam circa primam, & secundam qõnẽ principalem quam s̃.feci.quia vr̃ ꝙ compendiosa nõ differat a breuiloqua:quia illa etiam sub compendio verborum plures comprehẽdit substõnes. Sed tu potes rñdere,vt tangit Bald.in d.l.precibus.ꝙ breuiloqua comprehendit plures substõnes in persona plurium personarum,& non potest fieri nisi pluribus,& comprehendit illas reciprocè. sed substõ compẽdiosa potest fieri etiam vni personæ,& cõprehendit plures substõnes quas sibi assignabit casus contingentia, vel natura,& interpretatio verborum,& intellige, ꝙ continebit plures substõnes ab initio aptitudine: & in potentia,sed inspecto exitu,& fine continebit illã solam quæ occurret ſm casus contingentiam. vt voluit Bal.in d.l.precibus.& Io.An.in d.c.si pater. sup gl.in verbo,absq; deductione.ad fin.in magna addi. Nũquid autem qñ omni tp̃e est fideicommissaria dicatur tunc compendiosa.gl.in d.l.precibus. in versi. sed si ita.& in ver.& est aliã.dicit ꝙ tunc est fideicommissaria,& non compendiosa. Alij tñ secundo dicũt ꝙ illud est verum propriè,& strictè.Sed largè dr̃ compendiosa,& istud vr̃ voluisse gl.hic in prin. licèt fortè in ver.talis fuit.& in versi.hoc fuit.voluerit sentire idem quod gl.in l.precibus.Alij vero dixerunt.& tertio, ꝙ substõ compendiosa non est principalis substitutio:sed quædam adiectio,sed Bald.in d.l.precibus. reprobat supradictas opi.Nam dicit primam non ꝓcedere:quia si esset mera fideicommissaria non contineret vulgarem, & expiraret hæreditate non adita per l.eam quam.C.de fideicom.Sed in casu prędicto facta est compendiosa:licèt contineat fideicommissariam continet etiam vulgarem.l.pen.ff.de ven. inspi. ¶Item dicit,ꝙ aliæ duæ opi.non procedũt:quia sicut substõ breuiloqua est tertium genus substõnis. vt dr̃ in tex.in l.iam hoc iure.ff.de vulga.& pup. ita etiam substõ compendiosa potest dici quartum genus,& sicut genus non est adiectio speciei:sed prædicatur de specie.l.j.ff.si cert.pet.ita etiam substõ compendiosa prædicatur de speciebus substõnum in se contentis. Sed certe quicquid dicat Bal.licèt substõ breuiloqua certo respectu posset dici tertiũ genus substõnis differens videlicet a vulgari,& pupillari, vt dixi in materia breuiloqua: tñ re vera, aut cadit in vulgarẽ,aut in pupillarem,aut in exemplarem. & sic re vera non
208 facit speciem substõnis per se.¶†Ita eodẽ modo potest dici in compẽdiosa:quia licèt sit diuersus modus in substituendo ab alijs substõnibus,sicut & breuiloqua est diuersus modus substituendi ab alijs hoc respectu potest dici compendiosa esse genus diuersum ab alijs substõnibus:tñ quia cadit in alias species substitutionum,quas sub se continet: hoc respectu non est propriè substõ per se,vt voluit Bar.& dixi in prima,& secunda principali qõne huius materię.Et sic vñr posse saluari opiniones:quia pp diuersum modũ substituendi ab alijs substõnibus appellamus ipsam speciem de per se,& genus substõnis de per se:sed cõsiderato ꝙ cadit in alterã de alijs substõnibus,& non inducit aliam speciem substõnis per se: hoc respectu potest dici ꝙ compendiosa non est propriè principalis substitutio per se:sed potius adiectio. & per hæc sit expedita materia compendiosæ, de qua etiam in d.l.Centurio.& in d.l.precibus.& in dicto c.si pater. Et per hæc etiam sit expedita gloss. vsque ad versum fideicommissaria.

¶Hucusque legit Dominus Ioannes de Imola, & vlterius non legit: quia fuit transmutatus ad lecturam iuris Ciuilis, & morte superueniente, non potuit complere, quare præsens opus hic Finem sortitur.

REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr
Sſ Tt Vu Xx Yy Zz Aaa Bbb.

Omnes ſunt Quaterniones, Præter Bbb Ternionem.

VENETIIS, Apud Dominicum Nicolinum.
M D LXXIIII.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr

Ss Tt Vu Xx Yy Zz Aaa Bbb.

Omnes sunt Quaterniones, praeter Bbb Ternionem.

VENETIIS, Apud Dominicum Nicolinum.
M D L X X I I I I.

colorchecker CLASSIC



calibrite

mm